

Edward Szafrowski

Posoborowe prawodawstwo kościelne : 2. Konstytucja Apostolska "Regimini Ecclesiae universae" - o Kurii Rzymskiej

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawnohistoryczny 11/3-4, 255-302

1968

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

Co zaś tym Naszym Pismem wydanym z własnej woli zostało zarządzone, to wszystko nakazujemy uważać za mające moc i zatwierdzenie, bez względu na jakiegokolwiek przeciwnie zarządzenia.

Dan w Rzymie, u św. Piotra, dnia 6 sierpnia 1967 roku, w święto Przemienienia P.N.J.Ch., piątego Naszego Pontyfikatu.

PAP. PAWEŁ VI

2

KONSTYTUCJA APOSTOLSKA
 „REGIMINI ECCLESIAE UNIVERSAE” — O KURII RZYMSKIEJ
 CONSTITUTIO APOSTOLICA
 DE CURIA ROMANA

AAS 59 (1967) 885—928

PAULUS EPISCOPUS

PAWEŁ BISKUP

**Servus Servorum Dei
 ad perpetuam rei memoriam**

**Sluga Sług Bożych
 na wieczną rzeczy pamiątkę**

REGIMINI ECCLESIAE UNIVERSAE Romani Pontifices, Beati Petri Successores,¹ pro temporum adiunctis et necessitatibus consulerent studuerunt, ascitis viris peritis qui sibi consilio et auxiliatrice opera praesto essent. Ad hoc quod attinet, in primis Presbyterium Urbis et S.R.E., Cardinalium Collegium, quod ex illo volentibus saeculis originem traxit, sunt memoranda. Paulatim etiam, ut notum est, ex Officio quod, ad expediendas Litteras Pontificias pertinens, saeculo IV

BISKUPI RZYMSCY, następcy św. Piotra,¹ podejmowali wysiłki w celu usprawnienia rządów Kościoła Powszechnego, stosownie do okoliczności czasów oraz potrzeb, dobierając doświadczonych mężów, którzy by służyli im radą i gotowi byli świadczyć pomoc. Mając to na uwadze, trzeba wspomnieć najpierw Duchowieństwo Rzymu i Kolegium Kardynalskie, które z niego wzięło swój początek. Powoli również — jak to wiadomo — z Urzędu, który zapoczątkował swoją działalność

¹ Cf. Conc. Vat. I. Sess. IV. dogm. *Pastor aeternus*, cap. 2: Denz. n. 3057; C.I.C., can. 218 § 1; Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 18, AAS 57 — 1965) 21; Decr. *Christus Dominus*, n. 2, AAS 58 (1966) 673.

primum inchoatur, plura manarunt Officia; quibus accessit Auditorium, quod, saeculo XIII verum effectum Tribunal,² a Joanne XXII (1316—1334) perfectius est ordinatum.³ Augescente vero negotiorum magnitudine, Coetus seu Commissiones Purpuratorum Patrum, qui ad peculiare quaestiones pettractandas erant delecti, saeculo XVI Summo Pontifici efficaciore ratione adesse coeperunt; e quibus deinde Romanae Curiae Congregationes sunt ortae. Xysto V, Decessori Nostro, laudi cedit, quod in Constitutione *Immensa Aeterni Dei* die XXII mensis Ianuarii MDLXXXVIII edita,⁴ eiusmodi Sacra Consilia apto ordine disposuit et Romanae Curiae formam provide descripsit. Progrediente vero aetate factum est ut quaedam absolescerent, quaedam essent addenda, quaedam aliter componenda. Quod opus Decessor Noster Sanctus Pius X est aggressus, Constitutionem a verbis *Sapientis Consilio* incipientem die XIX mensis Iunii anno MCMVIII edendo,⁵ Cuius ordinationes, sagacis et sollertis illius Ecclesiae Pastoris perenne documentum, in Codicem Iuris Canonici, paucis mutatis, sunt receptae.

Non est diffidendum Romanae Curiae Officiales, quorum numerus saepe satis parvus fuit, Romanis Pontificibus et universae Ecclesiae egregiam operam navasse, maxime

w IV wieku, mając jako zadanie przygotowywanie pism papieskich, wyłoniły się liczne Urzędy. Do nich doszedł Urząd Sprawiedliwości, który stawszy się w XIII wieku prawdziwym Trybunałem,² został doskonale zorganizowany przez Jana XXII (1316—1334).³ Gdy wzrastała liczba spraw, w XVI w. w sposób skuteczny przyszły Papieżowi z pomocą, Zespoły czyli Komisje Ojców Purpuratów, które były powołane do rozpatrywania szczególnych spraw. Z nich to następnie powstały Kongregacje Kurii Rzymskiej. Jest zasługą Sykstusa V, Naszego Poprzednika, że Konstytucją „*Immensa Aeterni Dei*”, wydaną dnia 22 stycznia 1588 roku,⁴ zorganizował we właściwy sposób tego rodzaju Rady i określił roztropnie strukturę Kurii Rzymskiej. Z biegiem czasu pewne rzeczy przestały, niektóre należało dodać, pewne znowu inaczej zorganizować. Dzieła tego dokonał Poprzednik Nasz, św. Pius X, wydając dnia 29 czerwca 1908 roku Konstytucję, zaczynającą się od słów: „*Sapientis Consilio*”.⁵ Jej zarządzenia, będące wieczystym świadectwem bystrości i roztropności owego Pasterza Kościoła, zostały włączone z niewielkimi zmianami do Kodeksu Prawa Kanonicznego.

Nie da się zaprzeczyć, że Urzędnicy Kurii Rzymskiej, których liczba często była niewielka, świadczyli

² N. Del Re, *La Curia Romana, Lineamenti storico giuridici*, Roma 1962; p. 217—218.

³ Cf. *Bullarium Romanum*, Ed. Romana, T. III. P. II, p. 195 B. Constitutio Ratio Iuris, quae sine die nunc datur, in editionibus Romana Taurinensi Bullarii Romani sub anno 1326 pointur; attamen auctores recentiores, uti Michael Tangle (*Die Paepstlichen Kanzleiordnungen von 1200—1500*, Oeniponte 1894 p. 83 (et Emmanuel Cerchiarri (*Capellani Papae et Apostolicae Sedis auditores Causarum Sacri Palatii Apostolici seu Sacra Romana Rota ab origine ad diem usque 1870*, III, Romae 1919 p. 69), qui eam denuo excuderunt e codicibus, sub anno 1331 eandem ponunt.

⁴ Cf. *Bullarium Romanum*, Ed. Taurinensis, T. VIII p. 985—999.

⁵ Cf. AAS 1 (1909) 9—135.

ex quo Concilium Tridentinum christifidelium familiae novum tribuit vigorem.

Profecto non minima ex parte eorum merito contigit, ut auctoritas Apostolicae Sedis et Ecclesiae Catholicae magis in dies augeretur et nomem christianum per hos fere LX annos proxime praeteritos in totum terrarum orbem, praesertim in regionibus missionali opere excolendis, feliciter propagaretur.

Attamen ob celerrimum vitae hodiernae cursum et mutatas temporum nostrorum et ipsius Ecclesiae condiciones, visum est Romanam Curiam, egregia laude dignam propter eius studiosam observantiam, navitatem, industriam, probitatem, apta ratione accommodare, ita ut plane congruens et efficacissimum evadat veluti instrumentum eius, cui supremum magistrarii et regiminis munus est creditum. Iamvero non est qui ignoret, in tam veloci humanarum rerum progressionem, nuntia huc, quasi ad centrum, incredibili cum celeritate afferri, instrumenta communicationis socialis miris propecta esse incrementis, summam itinerum facilitatem non levi esse Episcopis commodo.

Ratio etiam, quemadmodum decet, habenda est optati Patrum Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, quod hisce verbis est enuntiatum: „Dicasteria, quae quidem Romano Pontifici atque Ecclesiae Pastoribus eximum praebuerunt auxilium, novae ordinationi, necessitatibus temporum, regionum ac Rituum magis aptatae, subiciantur, praesertim quod spectat ad eorundem numerum, nomen, competentiam propriamque procedendi rationem, atque inter se laborum coordinatorem”.⁶

Viam autem qua exoptata Romanae Curiae Nostrae renovatio procedere debeat, non alia esse putamus quam eam, quae ipsius Insti-

wydatną pomoc Rzymskim Biskupom i Kościołowi powszechnemu, zwłaszcza od czasu, gdy Sobór Trydencki tchnął nowego ducha w rodzinę chrześcijańską.

Rzeczywiście nie małą z ich strony jest zasługą, że autorytet Stolicy Apostolskiej oraz Kościoła Katolickiego wzrastał coraz bardziej z dnia na dzień, a imię chrześcijańskie przez tych prawie 60 ostatnich lat zostało szczęśliwie rozgłoszone po całym świecie, zwłaszcza na terenach objętych pracą misyjną.

Jednakże z powodu niezwykle szybkiego tempa obecnego życia oraz zmiennych warunków współczesnych czasów i samego Kościoła okazało się, że Kurie Rzymską, godną niezwyklej pochwały ze względu na pilne przestrzeganie prawa, gorliwość, przedsiębiorczość i rzetelność — trzeba w odpowiedni sposób przystosować tak, by stała się w pełni odpowiednim i skutecznym narzędziem tego, któremu został powierzony najwyższy urząd nauczania i kierowania. Każdy dobrze wie, że w związku z tak szybkim postępem cywilizacji, tutaj — jak gdyby do centrum — docierają wiadomości z niezwykłą szybkością, że społeczne środki przekazywania myśli rozwinęły się w przedziwny sposób, że Biskupi mają niezwykle ułatwioną komunikację.

Tak jak wypada, należy także wziąć pod uwagę życzenie Ojców Powszechnego Soboru Watykańskiego Drugiego, wyrażone w tych oto słowach: „Dykasterie, które bezsprzecznie świadczyły ogromną pomoc Biskupowi Rzymskiemu i Pasterzom Kościoła winny być na nowo uporządkowane, z większym przystowaniem do wymagań czasów, krajów i obrządków, zwłaszcza gdy chodzi o ich liczbę, nazwy, uprawnienia, własny sposób postępowania oraz wzajemne uzgadnianie prac”.⁶

Sądzymy zaś, że nie ma innej dro-

⁶ Conc. Vat. II, Decr. Christus Dominus, n. 9, AAS 58 (1966) 576.

tutorum Ecclesiae renovationis propria esse cognoscitur. Etenim, ut alteram Concilii Vaticani Secundi sessionem die XXIX Septembris anno MCMLXIII aperientes declaramus: „renovatio ad quam Concilium spectat, neque praesentem Ecclesiae vitam subvertere dudenda est, neque eius traditiones inter-scindere, in iis quae sunt potissima et venerabilia, sed potius his ipsis traditionibus honorem habere, caducis et mendosis formis exutis, atque easdem sinceras feracesque efficere velle”.⁷

De necessitate quidem Romanae Curiae nullum dubium potest moveri. Quomodo enim valeret Summus Pontifex, tot tantisque laboribus distentus, ea solus perferre, sine adiutoribus, sine consiliariis, quae cum sollicitudine connectuntur omnium Ecclesiarum? Pari necessitate illa est servanda quoad primariam suam compagem necnon necessitudinem cum Romano Pontifice, utpote organicum instrumentum quod ipse adhibet in suprema potestate exercenda, quam „secundum Christi ipsius institutionem... in universam Ecclesiam obtinet”.⁸ Ideo, retinendos esse censemus, licet in pluribus renovandos, tres praecipuos Dicasteriorum ordines, nempe Sacrarum Congregationum, Tribunalium et Officiorum, adiunctis vero Secretariatibus certa et firma ratione conditis.

Sacrorum Dicasteriorum numerus, etsi quibusdam suppressis, augetur institutione Consilii de laicis, Secretariatuum, Generalis Ecclesiae Rationarii seu Officii, ut aiunt, „statisticae. Magni momenti, ex qua optimos expectamus fructus, inducitur est innovatio Apostolicis Litte-

gi, którą winna pójść pożądana reforma Naszej Kurii Rzymskiej, jaką, którą uznaje się za właściwą do odnowy Instytutów samego Kościoła. Oświadczyliśmy mianowicie, otwierając w dniu 29 września 1963 roku drugą sesję Soboru Watykańskiego Drugiego: „Odnowa, której zadaniem jest Sobór nie powinna zdążać ani do spowodowania przewrotu w obecnym życiu Kościoła, ani nie powinna zrywać z jego tradycjami w tym wszystkim, co jest najlepsze i czcigodne, lecz raczej powinna odnieść się do tych tradycji z szacunkiem, odrzucając formy błędne i przestarzałe oraz pragnąc je uczynić nieskazonymi i obfitującymi”.⁷

Nie ulega żadnej wątpliwości konieczność Kurii Rzymskiej. W jaki bowiem sposób mógłby Papież zaabsorbować tyloma i tak wielkimi pracami, łączącymi się z troską o wszystkie Kościoły, sam je załatwić bez pomocników, bez doradców. Ta sama konieczność domaga się zachowania jej zarówno co do pierwotnej struktury, jak co do związania z Rzymskim Biskupem, jako mianowicie właściwego narzędzia, którym posługuje się On w wykonaniu najwyższej władzy, jaką „zgodnie z ustanowieniem samego Chrystusa... otrzymuje w stosunku do całego Kościoła”.⁸ Sądziemy przeto, że należy zatrzymać — choć w wielu rzeczach odnowione — trzy zasadnicze grupy Dykasteriów, a mianowicie: Kongregacje, Trybunały i Urzędy, dołączając zorganizowane odpowiednio Sekretariaty.

Liczba Dykasteriów, chociaż niektóre zostaną zniesione, powiększy się z racji powołania (ustanowie-

⁷ Paulus VI, Alloc. habita in altera Concilii Vaticani II Sessione, 29 sept. 1963 AAS 55 (1963) 851.

⁸ Conc. Vatic. I, Sess. IV, Const. dogm. *Pastor aeternus*, cap. 2 (Denz. n. 3057).

ris *Pro comperto sane* motu proprio die VI mensis Augusti MCMLXVII datis, quibus quidam Episcopi dioecesani, uti Membra, singulis Sacris Congregationibus assignantur; itemque ad mutuas rationes inter Sacras Congregationes ordinandas et fovendas constituere volumus, ut tum negotia mixtae competentiae, quae dicuntur, communi consilio pertractarentur, tum facta convocazione per Cardinalem Secretarium Status, omnes Cardinales Dicasteriis praepositi munera et opera mutuo ordine nexuque componerent.

Insuper quo aptius prospiciatur curae rerum Ecclesiae per totum orbem terrarum diffusae, eos, qui Apostolicae Sedi in illa regenda adsint, undique gentium placet advocari, idque ex more institutoque Romanorum Pontificum. Singulares autem animi dotes, quae in eiusdem Curiae administris spectatae virtutis viris priore aetate refulerunt, his et futuris temporibus iisque magis resplendeant oportet: eniteat in iis germana pietas vitaeque integritas; suae utilitatis immemores, uni Ecclesiae ac fidelium bono ardenti studeant amore, eos non inflectat favor; non muneris vel personae corrumpat acceptio; gravitatis rerum sibi mandatarum conscii, recogitent opus suum in christianae communitatis commodum aut detrimentum vertere posse; vi ingenii consiliique praediti, diligentes sint officii et navitate insignes, in doctrina et re pastoralis affatim versati, quos investigando vel experiendo collegerint proferant fructus.

Huc accedit, ut Congregationum Praepositi et Membra, sive Cardinales sive Episcopi, et Consultores in posterum nonnisi ad quinque-annium assumantur, licet eiusmodi munus iis possit Summi Pontificis iudicio prorogari.

Eadem de causa expedire visum est ut Cardinales qui Dicasteriis Romanae Curiae praeficiuntur, a munere suo discedant, cum Sum-

nia) Rady Świeckich, Sekretariatów, Głównego Urzędu Statystycznego Kościoła. Niezwykle ważnym momentem, z czego spodziewamy się wspaniałych owoców, jest nowość wprowadzona przez Pismo Papieskie „*Pro comperto sane*”, wydane z własnej woli dnia 6 sierpnia 1967 roku, którym przydziela się do poszczególnych Kongregacji w charakterze członków niektórych Biskupów diecezjalnych. Tak samo celem uporządkowania i ułożenia powiązań pomiędzy Kongregacjami zarządziliśmy, ażeby zarówno sprawy tzw. mieszanej kompetencji były rozpatrywane po wspólnym porozumieniu się, jak również, by po zwołaniu przez Kardynała Sekretarza Stanu wszystkich Kardynałów, Przewodniczących Dykasteryj, funkcje i prace były układane we wzajemnym porządku i powiązaniu.

Ażeby lepiej zaradzić trosce o sprawę Kościoła rozprzestrzenionego po całej kuli ziemskiej, wypada ze wszystkich narodów powoływać i to na podstawie prawa i postanowienia Rzymskich Biskupów — tych, którzy by służyli Stolicy Apostolskiej pomocą w kierowaniu nim. Potrzeba zaś, aby szczególne przymioty charakteru, jakie w pracownikach tejże Kurii, mężach niezwyklej cnoty, ujawniły się w poprzednim okresie, jeszcze bardziej jaśniały w nich obecnie i w przyszłości: niech się wyróżniają autentyczną pobożnością i nieskazitelną życiową, nie pamiętając o własnej korzyści, niech kierują się wyłącznie gorliwym umiłowaniem dobra Kościoła i wiernych; niech nie ulegają pochlebstwu; niech ich nie skaża wzgląd na urząd lub osobę. Mając świadomość ważności powierzonych sobie spraw niech zastanawiają się nad tym, że ich dzieło może stać się pożyteczne lub szkodliwe dla chrześcijańskiej społeczności. Wyposażeni w moc charakteru i roztropności, niech miłują swoje zajęcia i odznaczają się gorliwo-

mus Pontifex morte corripitur; qua lege eximuntur Cardinalis Vicarius Generalis in Urbe, Camerarius, Paenitentarius Maior, qui ordinaria negotia, ad Summum Pontificem non referenda, pergunt expedire; quae autem ad eundem Pontificem referenda essent, Sacro Cardinalium Collegio proponant.

Ad ipsos laicos animum convertentibus valde prodesse visum est Nobis eorum consilio uti, quoties subiecta materia id requirat suadeatque.

Administrandae autem iustitiae ministerio opportunis legibus prospicere statuimus, sive quod pertinet ad Sacram Romanam Rotam, cuius potestatem seu competentiam extendimus in omnes causas ad Sanctam Sedem rite delatas seu deferendas de nullitate matrimonii; sive quod spectat ad Signaturam Apostolicam, cui non modo integrum confirmamus invigilandi munus itemque constituendi, necessitate postulante, nova Tribunalia Regionalia vel Interregionalia, quemadmodum multis iam in regionibus providentissime actum est; verum etiam novam addimus competentiam circa contentiones ortas ex actu potestatis administrativae ecclesiasticae, firmis limitationibus suo loco statutis.

Ad Officia quod attinet, Apostolicam Cancellariam ita ordinare placuit, ut unicum Officium Apostolicis Litteris expediendis efficiatur.

Ob auctas autem recentioribus temporibus necessitates novum condere censuimus Officium quod munus obtineat invigilandi ut bona immobilia et mobilia, quae Apostolica Sedes possidet, prudenter administrantur, necnon partes impleat officii censorii recognoscendis relictibus et sumptibus eiusdem Apostolicae Sedis, Volumus praeterea, ut eidem Officio munus concedatur invigilandi cunctis Administrationibus Apostolicae Sedis, non excepta Administratione Praefecturae Civitatis Vaticanae, eas apto nexu

scia, a w sposób nieprzeciętny zorientowani w nauce i duszpasterstwie niech wydają owoce, które zebrali przez poszukiwanie i doświadczenie.

A ponadto Przewodniczący Kongregacji i Członkowie, czy to Kardynałowie, czy Biskupi oraz Konsultorzy będą mianowani w przyszłości, na okres pięcioletni, chociaż piastowanie tej funkcji może być im przedłużone według uznania Papieża.

Dla tej samej przyczyny wydało się słusznym postanowić, by Kardynałowie, którzy przewodniczą Dykasteriom Kurii Rzymskiej ustępowali ze swego urzędu z chwilą śmierci Papieża. Od tego prawa wyjmuje się: Kardynała Wikariusza Generalnego Miasta, Kamerlinga i Wielkiego Penitencjarza, którzy mogą załatwiać zwyczajne sprawy, jakich nie powinno się przedstawiać Papieżowi. Te zaś, które winny być przedstawione Papieżowi, mają przedłożyć Kolegium Kardynałów.

Zwracając Naszą myśl ku święckim wydało Nam się bardzo pożytecznym, by korzystać z ich pomocy, ilekroć przedstawiona sprawa domagałaby się tego lub radziła.

Wykonywaniu zaś sprawiedliwości postanowiliśmy zaradzić przez wydanie odpowiednich zarządzeń, czy to co do Roty Rzymskiej, której władzę czyli kompetencję rozszerzyliśmy na wszystkie sprawy dotyczące nieważności małżeństwa, prawnie przekazane czyli skierowane do Stolicy Świętej; czy to co do Sygnatury Apostolskiej, której nie tylko potwierdzamy nie naruszone zadania czuwania oraz ustanowienia — gdy się domaga konieczność — nowych Trybunałów Regionalnych lub Międzyregionalnych jak to już w sposób najbardziej słuszny zostało dokonane w wielu krajach — lecz także przyznajemy nową kompetencję odnośnie sporów powstałych na tle wykonywania władzy administracji kościel-

componendo et si casus ferat, recognoscendo.

Itaque, in consilium adhibitis pluribus S.R.E. Cardinalibus aliisque viris peritis, circa Romanam Curiam haec, quae sequuntur, signillatim statuimus atque decernimus.

nej, zachowując w mocy ograniczenia określone w swoim miejscu.

Gdy chodzi o Urzędy, to wydało się słusznym tak zorganizować Kancelarię Apostolską, aby powstał jeden tylko Urząd dla przygotowywania Pism Papieskich.

Z powodu zaś zwiększenia się w dzisiejszych czasach potrzeb, postanowiliśmy powołać nowy Urząd, który by otrzymał funkcję czuwania nad właściwą administracją dóbr nieruchomości i ruchomych, posiadanych przez Stolicę Apostolską, jak również wypełniał obowiązki kontroli w rozpatrywaniu przychodów i rozchodów tejże Stolicy Apostolskiej. Chcemy ponadto by temu Urzędowi było zlecone zadanie czuwania nad wszystkimi administracjami Stolicy Apostolskiej, nie wyłączając Administracji Państwa Watykańskiego, przez koordynowanie odpowiednio ich działalności oraz gdy zajdzie potrzeba przez korygowanie.

Zasięgnawszy przeto zdania wielu Kardynałów, jak również innych rzeczoznawców, odnośnie do Kurii Rzymskiej, szczegółowo postanawiamy i zarządzamy, co następuje.

I

NORMAE GENERALES

ZASADY OGÓLNE

Caput I

Rozdział I

Normae Constitutivae

Normy ustanawiające

1. § 1. Curia Romana, qua Summus Pontifex negotia Ecclesiae universae expedire solet,⁹ constat Congregationibus, Tribunalibus, Officiis et Secretariatibus..

1. § 1. Kuria Rzymska, przy pomocy której zwykły Papież załatwiać sprawy Kościoła powszechnego,⁹ składa się z Kongregacji, Trybunałów, Urzędów i Sekretariatów.

§ 2. Congregationes sunt inter se iuridice pares.

§ 2. Kongregacje są prawnie między sobą równe.

§ 3. Conflictus competentiae, si qui oriuntur, Signaturae Apostolicae subiciantur.

§ 3. Gdyby powstały jakieś konflikty co do kompetencji, przekazuje się je Sygnaturze Apostolskiej.

⁹ Can. 7 C.I.C.

2. § 1. Congregationes coalescunt ex Cardinalibus, quos Summus Pontifex ascribendos censuerit.

§ 2. Firmis ordinariis coetibus Patrum Cardinalium, ad pertractandas res maioris momenti et naturam principii generalis habentes, Congregationibus Plenariis intersunt, tamquam earumdem Membra, Episcopi dioecesani nominati a Summo Pontifice.

Convocatio Episcoporum fieri debet ad normam Litterarum Apostolicarum *Pro comperto sane* Motu Proprio datarum die 6 augustii 1967.

Quod attinet ad S. Congregationem pro Religiosis servetur praescriptum peculiare in eodem Motu Proprio statutum sub. n. V; quod ad S. Congregationem pro Gentium Evangelizatione, seu de Propaganda Fide, spectat valent normae statutae sub n. 83, §§ 2—3 huius Constitutionis.

§ 3. Congregationibus praeest et eas dirigit Cardinalis Praefectus.

§ 4. Cardinali Praefecto adiutricem operam praestant Secretarius, electus a Summo Pontifice, necnon Subsecretarius, etiam a Summo Pontifice nominatus, aliique Officiales.

§ 5. Cardinales qua Membra Congregationis, itemque Congregationum Secretarii nominantur ad quinquennium et possunt confirmari. Indigent autem confirmatione advenientis novi Summi Pontificis, exactis ab electione tribus mensibus.

Ii vero omnes de quibus in superiore § 2 ad quinquennium nominantur, iuxta praescriptum editum in comm. Motu Proprio diei 6 augusti 1967 sub n. VI.

3. Officiales seliguntur ex variis gentibus inter eos qui vere periti sint et experientia pastoralis praediti.

4. Electi ad aliquod officium non possunt sibi vindicare ius ascendendi ad superius.

5. § 1. Im omnibus Dicasteriis adsumunt Consultores, a Summo Ponti-

2. § 1. Kongregacje składają się z Kardynałów wyznaczonych przez Ojca św.

§ 2. Zachowując zwykłe zebrania Kardynałów, dla rozpatrzenia ważniejszych spraw, mających charakter ogólnej zasady, w Posiedzeniach Plenarnych biorą udział jako ich Członkowie Biskupi diecezjalni mianowani przez Papieża.

Zwołanie Biskupów winno się dokonać zgodnie z normą Pisma Apostolskiego „*Pro comperto sane*”, wydanego z własnej woli dnia 6 sierpnia 1967 r.

Gdy chodzi o Kongregację Zakonników, należy zachować przepis specjalny, ustanowiony w tymże Motu proprio pod n. V; co zaś dotyczy Kongregacji Ewangelizowania Narodów, czyli Rozkrzewiania Wiary obowiązują przepisy wydane w n. 83, §§ 2—3 też Konstytucji.

§ 3. Kongregacjom przewodniczy i kieruje nimi Kardynał Prefekt.

§ 4. Kardynałowi Prefektowi świadczą pomoc: Sekretarz wybrany przez Papieża, jak również Podsekretarz, także mianowany przez Ojca św. oraz inni Urzędnicy.

§ 5. Kardynałowie jako Członkowie Kongregacji oraz Sekretarze Kongregacji mianowani są na pięciolecie i mogą być (ponownie) zatwierdzani. Potrzebują jednak zatwierdzenia nowego Papieża, w ciągu trzech miesięcy od wyboru.

Wszyscy zaś, o których mowa we wspomnianym wyżej § 2 są mianowani na pięciolecie, zgodnie z przepisem wydanym we wspomn. Motu Proprio z dnia 6 sierpnia 1967 r., w n. VI.

3. Urzędników wybiera się z różnych narodów spośród tych, którzy są rzeczywiście biegli i odznaczają się doświadczeniem duszpasterskim.

4. Wybrani na jakiś urząd nie mogą uzyskać prawa do awansu.

5. § 1. We wszystkich Dykasteriach są Konsultorzy mianowani przez Papieża na pięciolecie z różnych części świata tak spośród Biskupów rezydencjalnych lub tytu-

fice ad quinquennium electi ex universo orbe terrarum, tum inter Episcopos residentiales vel titulares, tum inter clericos dioecesanos vel religiosos vere peritos, prudentia et usu rerum comprobatos, necnon, si materia alicui Dicasterio subiecta id suadeat, inter laicos virtute, scientia, experientia praestantes, praesertim ex magistris studiorum Universitatum.

§ 2. Consultores possunt confirmari ad aliud quinquennium.

§ 3. Consultatio haberi potest tum per scripta vota, Romam mittenda, tum in coetibus pro opportunitate cogendis.

§ 4. Pro negotiorum varietate praeterea Consultores audiuntur, quorum consilium necessarium vel opportunum visum fuerit.

§ 5. In singulis casibus alii ad consulendum vocari possunt qui, licet in Consultorum numero non relati, peculiari peritia rei pertractandae, commendentur.

6. In quovis Dicasterio colligantur notitiae rationales, transmittendae Generali Ecclesiae Rationario.

7. Quaestiones quae iudicialiter sunt cognoscendae, remitti debent ad competentia tribunalia.

8. Ratio habeatur votorum quae a Coetibus Episcopalibus prolatae sunt, atque res seu rationes opportune foveantur cum similibus institutis interdioecesanis vel regionalibus. Episcopis sine mora acceptilatio mittatur quorumvis actorum quae ipsi transmiserint, iisque notificentur, quatenus fieri possit, Dicasteriorum Decreta, quae eorundem dioeceseos peculiariter intersint, antequam haec promulgentur.

9. § 1. Relationes ab Episcopis aliisve Superiorem non habentibus infra Romanum Pontificem, de statu et progressu dioecesium aliorumque institutorum, statutis temporibus confectas, Dicasteria Romanae Curiae, intra limites suae cuiusque competentiae, sedulo et quamprimum perdendant, ut pestive ea

larnych, jak spośród duchowieństwa diecezjalnego i zakonnego, rzeczywiście biegłych, odznaczających się cnotą, wiedzą i doświadczeniem, jak również jeśliby tego doradzała sprawa podległa jakiemuś Dykasterium, spośród świeckich, odznaczających się cnotą, wiedzą i doświadczeniem, zwłaszcza spośród wykładowców Uniwersytetów.

§ 2. Konsultorzy mogą być zatwierdzeni na dalsze pięciolecie.

§ 3. Konsultacji można udzielać zarówno przez wnioski pisemne, przesyłane do Rzymu, jak i na zebraniach odbywanych zależnie od potrzeby.

§ 4. Zależnie od różnorodności spraw, zasięga się ponadto rady konsultorów, ilekroć ich zdanie wyda się konieczne lub pożyteczne.

§ 5. W poszczególnych wypadkach można zasięgnąć zdania także i innych, którzy chociaż nie należą do liczby Konsultorów, to jednak zaleca ich szczególnie zorientowanie w sprawie, która ma być rozpatrywana.

6. W każdym Dykasterium winno się zbierać odpowiednie wiadomości, które należy przesyłać do Głównego Urzędu Statystycznego.

7. Sprawy, które winny być rozpatrywane w postępowaniu sądowym należy przesłać do kompetentnych trybunałów.

8. Należy brać pod uwagę wnioski zgłaszane przez Zebrania Biskupie, oraz należy ułożyć odpowiednio powiązania czyli stosunki z podobnymi instytucjami międzydiecezjalnymi lub regionalnymi. Biskupom należy bezwzględnie przesłać potwierdzenie odbioru jakichkolwiek akt, przesłanych przez nich, jak również należy ich powiadamiać, o ile to możliwe, jeszcze przed promulgacją, o Dekretach Dykasteryj, które w sposób specjalny dotyczą ich diecezji.

9. § 1. Relacje sporządzane w określonym czasie przez Biskupów i innych, którzy bezpośrednio podlegają Papieżowi, a dotyczące stanu

apparentur quae bono Ecclesiae necessaria vel utilia visa fuerint.

§ 2. Hunc in finem quaesita a Generali Ecclesiae Rationario exarentur, brevitatem et perspicuitatem ententia, normaeque tradantur ad apte conficiendam relationem, eamque unicam, per partes ordinatam, et ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittendam singulis quinque-niis.

10. Romanam Curiam fas est adire, praeterquam officiali latino sermone, etiam linguis hodie late cognitis.

11. § 1. A Dicasteriis competentibus expediuntur in forma Bullae tantum graviora negotia, exclusis iis quae attingunt collationem beneficiorum, vel officiorum non consistorialium.

§ 2. In minoribus expediendis negotiis, documenta seu acta redigantur forma simpliciore, i.e. Brevis vel epistolae, vel rescripti pro diversa eorumdem natura, dummodo rite obsignata et authenticitatis praesidiis munita.

§ 3. Expeditioni autem tum Bullarum tum maioris momenti Brevium vacat Cancellaria Apostolica, iuxta edendas normas peculiare.

12. Firmis praescriptis C.I.C.,¹⁰ praeter normas superius statutas servandae sunt tum normae communes seu Ordo proxime edendus, tum normae speciales a singulis Dicasteriis, etiam collatis consiliis, ubi oportuerit, quamprimum condendae et approbationi Summi Pontificis subiciendae.

i rozwoju diecezji i innych instytucji, Dykasterie Kurii Rzymskiej, powinny pilnie i w możliwie najbliższym czasie rozważyć, aby znowu w odpowiednim czasie przygotować to, co konieczne lub użyteczne wydawałoby się dla dobra Kościoła.

§ 2. W tym celu Główny Urząd Statystyczny Kościoła winien przygotować krótkie i przejrzyste formularze pytań oraz należy wydać przepisy mające na uwadze odpowiednie przygotowanie sprawozdania i to jednego, podzielonego na odpowiednie działy, a przesyłanego w każdym pięcioleciu do Kongregacji Biskupów.

10. Do Kurii Rzymskiej można się zwracać, oprócz oficjalnego języka łacińskiego, również w językach powszechnie dziś znanych.

11. § 1. W formie Bulli winny być wydawane przez kompetentne Dykasteria jedynie poważniejsze sprawy, z wyłączeniem tych, które dotyczą nadawania beneficjów lub urzędów niekonsystorskich.

§ 2. W załatwianiu mniej ważnych spraw dokumenty, czyli akty należy sporządzać w prostszej formie tj. w formie Brewe, listu lub reskryptu, zależnie od ich charakteru, byleby tylko były odpowiednio opieczątowane i posiadały gwarancję autentyczności.

§ 3. Wysyłaniem zaś tak Bulli jak i Brewe w ważniejszych sprawach, zajmuje się Kancelaria Apostolska zgodnie z wydanymi przepisami szczegółowymi.

12. Utrzymując w mocy przepisy K.P.K.¹⁰ należy zachować oprócz wyżej określonych norm tak zasady ogólne czyli Regulamin, który wkrótce będzie wydany, jak i przepisy szczegółowe, które powinny być jak najszybciej przygotowane przez poszczególne Dykasteria, nawet po odbyciu wspólnych narad, gdyby to było potrzebne, i przedstawione Ojcu św. do zatwierdzenia.

¹⁰ Can. 243, § 2 et can. 244, §§ 1—2.

Caput II**Normae quoad negotia mixta**

13. Negotia vel mixta, quae plurimum Dicasteriorum competentiam ingrediuntur, vel similia, examinanda sunt collatis consiliis cum Dicasteriis, quorum intersit; quodsi subiecta materia id postulat, res defertur plenario conventui; si vero minora sunt negotia, ratio habeatur praescripti, de quo in proximo n. 16.

14. Ut consilia conferantur, a Cardinali Praefecto, cui res prius delata est, convocetur conventus, aut ex officio, aut petente alio Dicasterio, aut proprio marte, aut ad instantiam eius, cuius interest.

15. § 1. Conventui praeest Cardinalis, qui eundem coegit.

§ 2. Hisce in coetibus primum sermonem instituit Cardinalis Relator, si adsit; eo absente, Cardinalis Praefectus qui conventum convocavit.

§ 3. Secretarii munere fungitur Praelatus a Secretis Dicasterii, quod coetum indixit; et eius erit scriptis tradere atque Patrum approbationi, in fine sessionis, subicere formulam resolutionis vel saltem partem dispositivam.

16. In minoribus quaestionibus analoga ratione possunt convenire vel Cardinales Praefecti vel Praelati Secretarii. In altero casu, coetui praeest Secretarius Dicasterii convocantis a Secretis munere fungente iunior, ad normam canonum.¹¹

17. Statis temporibus convenient Cardinales qui praeficiuntur Congregationibus pro Episcopis, pro Clericis, pro Religiosis et pro Institutione catholica, si casus ferat, ad labores coordinandos et quaestiones expendendas clerum universum respicientes.

18. Cardinales qui Dicasteriis praeficiuntur pro opportunitate convocari possunt a Cardinali Secre-

Rozdział II**Zasady dotyczące spraw mieszanych**

13. Sprawy mieszane, które wchodzą w kompetencję wielu Dykasteryj lub podobne, powinny być rozpatrywane po odbyciu narad z zainteresowanymi Dykasteriami. Jeżeli wymaga tego przedłożona materia, sprawę przedstawia się posiedzeniu plenarnemu. Gdy zaś sprawy są mniej ważne, należy uwzględnić przepis, o którym mowa w najbliższym n. 16.

14. W celu odbycia narad, Kardynał Prefekt, któremu sprawa została najpierw przedstawiona, zwołuje posiedzenie, czy to z urzędu, czy na prośbę innego Dykasterium, czy własną powagą, czy też na prośbę zainteresowanego.

15. § 1. Posiedzeniu przewodniczy Kardynał, który je zwołał.

§ 2. Na tych posiedzeniach zabiera najpierw głos Kardynał Relator, jeżeli taki jest; gdy zaś go nie ma, Kardynał Prefekt, który zwołał posiedzenie.

§ 3. Funkcję Sekretarza spełnia Prałat Sekretarz tego Dykasterium, które zwołało sesję. Do niego będzie należało protokółowanie oraz przedstawienie do aprobaty Ojców, na końcu sesji, formuły rezolucji lub przynajmniej części dyspozycyjnej.

16. W sprawach mniejszej wagi mogą się zbierać w sposób analogiczny Kardynałowie albo Prałaci Sekretarze. W drugim wypadku zebraniu przewodniczy Sekretarz Dykasterium zwołującego, podczas gdy funkcję Sekretarza pełni młodszy (od niego), zgodnie z przepisem kanonów.

17. W określonych terminach winni się zbierać Kardynałowie, którzy przewodniczą Kongregacjom: Biskupów, Spraw Duchowieństwa i Nauczania katolickiego, gdy to będzie potrzebne, dla skoordynowania prac i rozważenia spraw dotyczących całego duchowieństwa.

¹¹ Can. 106 C.I.C.

tario Status ad labores omnium coordinandos ad notitias praebendas et consilia capienda.

18. Kardynał Sekretarz Stanu może, gdy zajdzie potrzeba, zwoływać Kardynałów Przewodniczących Dykasteryj, w celu skoordynowania ich prac, przekazania wiadomości i odbycia narad.

II

SECRETARIA STATUS SEU PAPALIS ET SACRUM CONSILIUM PRO PUBLICIS ECCLESIAE NEGOTIIS

Caput I

Secretaria Statusseu Popelis

19 § 1. Secretaria Status seu Papalis cui praeest Cardinalis Secretarius, opem ferentibus Substituto et Adessore, munus obtinet proxime adiuuandi Summum Pontificem tum in cura niversae Ecclesiae, tum in rationibus cum Dicasteriis Romanae Curiae.

§ 2. Sede Apostolica vacante, Substitutus moderamen Officii servat, de quo respondet Sacro Collegio Cardinalium.

20. Ipsius Cardinalis Secretarii est convocare statis temporibus, iuxta praescriptum n. 18, Cardinales Disteriis Romanae Curiae praepositos, ad labores coordinandos, notitias praebendas, consilia capienda.

21. Ad Secretariam Status seu Papalem pertinet omnia expedire quae Summus Pontifex eidem commiserit; in ea incumbere quae ordinaria negotia attingunt extra competentiam propriam Dicasteriorum Romanae Curiae; rationes cum iisdem fovere, praeterea cum Episcopis, cum Legatis Sanctae Sedis, cum civilibus Guberniis eorumque Legatis, cum privatis personis, salva semper manente competentia S. Consilii pro Publicis Ecclesiae negotiis, et, quatenus opus fuerit, communi cum eodem sententia procedendo.

PAPIESKI SEKRETARIAT STANU I RADA DLA MIĘDZYNARODOWYCH SPRAW KOŚCIELNYCH

Rozdział I

Papieski Sekretariat Stanu

19. § 1. Papieski Sekretariat Stanu, któremu przewodniczy Kardynał Sekretarz, wspomagany przez Substytuta i Asesora, otrzymuje zadanie bezpośrednio wspomagania Papieża zarówno w trosce o cały Kościół, jak i w stosunkach z Dykasteriami Kurii Rzymskiej.

§ 2. W czasie wakansu Stolicy Apostolskiej Urzędem kieruje Substytut, za co jest odpowiedzialny wobec Kolegium Kardynalskiego.

20. Jedynie Kardynał Sekretarz może zwoływać w ustalonych terminach, zgodnie z przepisem n. 18, Kardynałów Przewodniczących Dykasteryj Kurii Rzymskiej, w celu skoordynowania prac, dostarczania wiadomości i odbywania narad.

21. Do Papieskiego Sekretariatu Stanu należy załatwianie tego wszystkiego, co mu zleci Ojciec św.; zajmowanie się wszystkimi zwyczajnymi sprawami poza kompetencją poszczególnych Dykasteryj Kurii Rzymskiej, utrzymywanie z nimi kontaktów, a ponadto z Biskupami, z Legatami Stolicy Świętej, z Rządami cywilnymi i ich Przedstawicielami, z osobami prywatnymi, nie naruszając nigdy kompetencji Rady dla Międzynarodowych spraw Kościelnych, oraz — o ile za-

22. § 1. Secretaria Status seu Papalis complectitur quoque:

1° Officium pro exarandis latina lingua Litteris Apostolicis, epistolis aliisque documentis a Summo Pontifice eidem commissis;

2° Officium expeditionis Brevium minoris momenti; cuius est etiam conficere et expedire Apostolicas Litteras, a Cardinali Vicario executioni tradendas, pro collatione dignitatum, canonicatum inferiorumque beneficiorum in Capitulis tum patriarchalibus tum collegialibus Almae Urbis;

3° Officium pro colligendis nuntiis et ephemeridibus, diariis aliisque eiusdem generis scriptionibus, necnon pro notitiis recipiendis riteque ordinandis.

23. Secretaria Status seu Papalis, una cum Sacro Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis, invigilat peculiari modo Consilio instrumentis communicationis socialis praeposito.¹²

24. Item Secretaria Status invigilat Ecclesiae Rationario, quod „Statistica” vulgo appellatur.

25. Cardinali Secretario Status respondere debet Praefectura (Governatorato) Civitatis Vaticanae.

chodziłaby potrzeba — wydając razem z nią wspólną decyzję.

22. § 1. Papieski Sekretariat Stanu obejmuje także:

1° Urząd do sporządzania w języku łacińskim Pism Apostolskich, czy innych dokumentów zleconych mu przez Papieża;

2° Urząd wysyłania pism papieskich w mniej ważnych sprawach. Do niego należy również sporządzanie i wysyłanie Pism Apostolskich, zleconych do wykonania przez Kardynała Wikariusza (Miasta), dotyczących udzielenia prałatur, godności kanonickich oraz mniejszych beneficjów w kapitułach tak patriarchalnych jak i kolegiackich Wiecznego Miasta;

3° Urząd dla zbierania wiadomości i czasopism, dzienników i innych tego rodzaju pism, jak również dla przyjmowania i właściwego porządkowania (nadsyłanych) wiadomości.

23. Papieski Sekretariat Stanu razem z Radą dla Spraw stosunków Kościoła z Państwami w szczególny sposób otacza troską Radę dla spraw społecznych środków przekazywania myśli.¹²

24. Podobnie Sekretariat Stanu rozłącza opiekę nad tzw. Urzędem Statystycznym Kościoła.

25. Przed Kardynałem Sekretarzem Stanu winna odpowiadać Administracja (Governatorstwo) Państwa Watykańskiego.

Caput II

Sacrum Consilium pro publicis Ecclesiae negotiis

26. Licet cum Secretaria Status seu Papali assiduas habere debeat rationes, ab eadem tamen ex nunc distinguitur Congregatio quae hac-

Rozdział II

Urząd dla Międzynarodowych Spraw Kościelnych

26. Kongregacja, która nazywała się dotychczas dla Nadzwyczajnych Spraw Kościoła, chociaż winna być ściśle związana z Papieskim Sekre-

¹² Cf. Litt. Ap. *In fructibus multis*, Motu proprio datas die 11 apr. 1964, AAS 56 (1964) 289—292.

tenus vocabatur pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis et in posterum appellabitur Sacrum Consilium pro Publicis Ecclesiae negotiis.

27. § 1. Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario.

§ 2. Munera Praefecti S. Consilii pro Publicis Ecclesiae negotiis et Secretarii Status in eandem personam cumulantur.

28. Huius S. Consilii est omnia agere quae cum civilibus Guberniis agenda sunt; insuper in ea negotia incumbere, quae eius examini subiciuntur a Summo Pontifice, praesertim ex illis quae cum legibus civilibus aliquid habent coniunctum; item fovere rationes diplomaticas cum Nationibus: agere quae ad Nuntiaturas, Internuntiaturas, Delegaciones Apostolicas attinent, collatis consiliis cum Secretaria Status, quacum insuper arctioribus nebus iungitur quoties huius quoque competentiam materia pertractanda ingrediatur.

tariatem Stanu, jednak odtąd różni się od niego i jest oddzieloną, a na przyszłość nazywać się będzie: Urząd dla Międzynarodowych Spraw Kościelnych.

27. § 1. Urzędowi dla Międzynarodowych Spraw Kościelnych przewodniczy Kardynał Prefekt, wspomagany przez Sekretarza i Podsekretarza.

§ 2. Funkcję Prefekta dla Międzynarodowych Spraw Kościelnych i Sekretariatu Stanu pełni ta sama osoba.

28. Do kompetencji wspomnianego Urzędu należy to wszystko, co dotyczy stosunków (kontaktów) z Rządami cywilnymi. Ponadto zajmuje się on tymi sprawami, które zostaną mu zlecone do załatwienia przez Papieża, zwłaszcza mające jakiś związek z prawodawstwem cywilnym. Następnie należy do niego utrzymywanie (wspieranie) kontaktów dyplomatycznych z Państwami oraz załatwianie wszystkiego co dotyczy Nuncjatur, Internuncjatur i Delegatur Apostolskich, uzgadniając sprawę z Sekretariatem Stanu, z którym też nawiązuje ściślejsze kontakty, ilekroć załatwiana sprawa wchodziłaby również w jego kompetencję.

III

SACRAE CONGREGATIONES

Caput I

Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei

29. Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei munus obtinet doctrinam de fide et moribus in universo catholico orbe tutari.¹³

30. Ei praeest Cardinalis Praefec-

III

KONGREGACJE

Rozdział I

Kongregacja Nauki Wiary

29. Do zadań Kongregacji Nauki Wiary należy strzeżenie nauki wiary i obyczajów w całym świecie katolickim.¹³

30. Przewodniczy jej Kardynał

¹³ Cf. Litt. Ap. *Integrae servandae*, Motu Proprio datas die 7 dec. 1965, AAS 57 (1965) 952.

tus, iuvantibus Secretario, Subsecretario et Promotore Iustitiae.

31. Ad eam spectant quaestiones omnes, quae fidei morumque doctrinam attingunt, vel cum ipsa fide connectuntur.

32. Examinat novas doctrinas novasque opiniones, quavis ratione evulgatas, atque studia de hac re promovet, Congressusque virorum doctorum fovet; illas vero reprobat de quibus constat fidei principiis esse oppositas, auditis tamen Episcopis regionum, si eorumdem interest.

33. Delatos sibi libros diligenter excutit, et eos, si opportuerit reprobat, audit tamen auctore, eique facta facultate sese, etiam scripto, defendendi, et nonnisi praemonito Ordinario, uti iam cautum est in Constitutione *Sollicita ac provida* Benedicti XIV.

34. Eiusdem pariter est cognoscere in iure aut in facto quae circa privilegium fidei versantur.

35. Eidem competit iudicare de erroribus circa fidem, iuxta processum ordinarii normas.

36. Agit ad sacramenti Paenitentiae dignitatem tutandam, secundum suas emandas et probatas normas procedens; quae quidem Ordinariis locorum significabuntur, facta reo sese defendendi facultate, eligendive patronum ex iis qui apud Congregationem approbati sunt.

37. Rationes opportunas fovet cum Pontificia Commissione de re biblica.

38. Eidem Congregationi coetus Consultorum adest, qui a Summo Pontifice ex viris doctrina, prudentia, usu praestantibus ex universo terrarum orbe eliguntur.

Consultoribus adiungi possunt, si materia tractanda id exigat, viri periti, praecipue ex magistris Studiorum Universitatum electi.

39. Congregatio duplici modo procedit: vel administrativo vel iudiciali, pro diversa rerum tractandarum natura.

40. Regulae ad ordinem inter-

Prefekt, wspomagany przez Sekretarza, Podsekretarza i Promotora Sprawiedliwości.

31. Należą do niej wszystkie sprawy, które dotyczą nauki wiary i obyczajów albo są związane z samą wiarą.

32. Bada nowe doktryny i nowe opinie, w jakikolwiek sposób opublikowane oraz organizuje badania w tej materii i propaguje zjawia uczonych. Odrzuca te opinie, o których wiadomo, że są przeciwne podstawowym zasadom wiary, wysłuchawszy jednak zdania Biskupów miejscowych, jeżeli są tym zainteresowani.

33. Pilnie bada przedstawione sobie książki i w razie potrzeby ocenia je jako niezgodne z nauką katolicką, wysłuchawszy jednak zdania autora, dając mu możliwość obrony, nawet na piśmie — powiadamiając zawsze Ordynariusza, jak to już było przewidziane w Konstytucji Benedykta XIV „*Sollicita ac provida*”.

34. Do niej również należy rozpatrywanie od strony prawnej i faktycznej spraw dotyczących przywileju wiary.

35. Przysługuje jej prawo sądenia wyrokzeń przeciwko wierze według norm zwyczajnego procesu.

36. Prowadzi sprawy mające na uwadze obronę godności Sakramentu Pokuty, postępując według norm poprawionych i zatwierdzonych. O sprawach tych będą powiadamiani Ordynariusze miejsca; należy też dać możliwość obrony samemu oskarżonemu lub wyboru obrońcy spośród tych, którzy mają zatwierdzenie Kongregacji.

37. W sprawach biblijnych pozostaje w kontakcie z Papieską Komisją Biblijną.

38. Też Kongregacji pomaga zespół Konsultorów, wybieranych przez Papieża spośród osób z całego świata, odznaczających się wiedzą, roztropnością i doświadczeniem.

Do Konsultorów mogą być dodani — gdy wymaga tego rozprawy

num Congregationis spectantes, peculiari data Instructione, publici iuris fient.

wana sprawa — rzeczoznawcy, wybrani przede wszystkim spośród wykładowców Uniwersytetów.

39. Kongregacja, w zależności od rodzaju rozpatrywanych spraw, postępuje w podwójny sposób: administracyjny lub sądowy.

40. Przepisy dotyczące wewnętrznej procedury Kongregacji zostaną ogłoszone w specjalnej Instrukcji.

Caput II

Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus

41. Quae adhuc appellabatur Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali, in posterum appellabitur Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus.

42. Haec Congregatio, cui praeest Cardinalis Praefectus, adiutricem Patriarchas Ecclesiarum Orientis atque Archiepiscopos Maiores eisdem aequiparatos necnon Cardinalem a Summo Pontifice delectos, etiam Patriarchas Ecclesiarum Orientis Archiepiscopos Maiores eisdem aequiparatos necnon Cardinalem Praesidem Secretariatus pro Christianorum unitate fovenda, firmo praescripto de quo in Normis generalibus, n. 2, § 2; Consultores insuper asciscit sive inter Orientales diversorum rituum, sive inter Latinos, qui disciplinarum eidem subiectarum vera peritia et usu rerum fuerint comprobati. Inter Consultores semper adnumeratur a Secretis Secretariatus pro unitate Christianorum.

43. Eadem Congregatio tot officia habet quot sunt ritus Ecclesiarum Orientalium communionem habentium cum Sede Apostolica.

44. Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus cognoscit omnia cuiusvis generis negotia, quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritus Ecclesiarum Orientalium

Rozdział II

Kongregacja Kościołów Wschodnich

41. Kongregacja, która nazywała się dotychczas Kongregacją Kościoła Wschodniego, będzie się nazywała w przyszłości: Kongregacja Kościołów Wschodnich.

42. Kongregacja ta, której przewodniczy Kardynał Prefekt, wspomagany przez Sekretarza i Podsekretarza, obejmuje jako Członków, oprócz Kardynałów wybranych przez Papieża, także Patriarchów Kościołów Wschodu, oraz Arcybiskupów Większych przyrównanych im, jak również Kardynała Przewodniczącego Sekretariatu jedności Chrześcijan, z zachowaniem przepisu, o którym mowa w Normach generalnych n. 2, § 2. Otrzymuje ponadto Konsultorów, wybranych czy to spośród osób wschodnich różnych obrządków, czy też z Kościoła Łacińskiego, które w sprawach Jej podległych odznaczają się biegłością i doświadczeniem. Do grona Konsultorów zalicza się zawsze Sekretarza Sekretariatu Jedności Chrześcijan.

43. Kongregacja posiada tyle urzędów, ile jest obrządków w Kościołach Wschodnich, utrzymujących jedność ze Stolicą Apostolską.

44. Kongregacja Kościołów Wschodnich rozpatruje wszystkie, jakiegokolwiek rodzaju sprawy, które dotyczą, czy to osób, czy dyscypliny,

pertinent, etiamsi sint mixta, quae scilicet sive rei sive personarum ratione, Latinos quoque attingant; eidemque uni soli sibiiciuntur territoria in quibus maior christianorum pars ad ritus orientales pertineat; immo in ipsis territoriis latinis sedula cura, etiam per Visitatores, invigilat nucleis nondum ordinatis fidelium Rituum Orientalium eorumque spiritualibus necessitatibus, quoad fieri potest, consulit, per constitutionem quoque propriae hierarchiae, si numerus fidelium et adiuncta id exigant.

45. § 1. Congregatio omnibus facultatibus gaudet, quae aliae Congregationes pro Ecclesiis ritus latini obtinent, remissis tamen ad cetera Dicasteria negotiis ad ipsa spectantibus, incolumi semper iure Paenitentiariae Apostolicae.

§ 2. Quod vero attinet ad Sodalitates religiosos latini ritus, missionarios in regionibus de quibus in n. 44; haec Congregatio competentiam habet in quidquid eosdem qua missionarios, sive uti singulos sive simul sumptos, tangit; quidquid vero eosdem qua religiosos, sive uti singulos sive simul sumptos, attingit, Congregationi pro Religiosis remittit aut relinquit.

§ 3. Consilia praeterea confert cum Secretariatu pro Christianorum unitate, in iis quae ad Ecclesias Orientales seiunctas pertinent, necnon cum Secretariatu pro non Christianis, praesertim quoad rationes cum religionis islamicae asseclis.

79. **Per tertium officium** curat erectionem scholarum paroecialium et dioecesanorum, invigilat omnibus scholis catholicis cuiusque generis et gradus, infra tamen Universitates et Facultates, itemque institutis instructionis seu educationis ab auctoritate Ecclesiae dependentibus, nisi agatur de scholis quae dumtaxat praeparent ad vitam religiosam, firmo tamen praescripto n. 77, 2°; idcirco ad universum orbem catholicum extenditur eius competentia ad scholas quod attinet, nisi agatur de locis dependentibus a Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus vel a Congregatione pro Gentium Evangelizatione.

80. Praeterea Congregatio quaestiones generales perscrutatur edu-

gionalnych lub międzyregionalnych, przygotowane przez zainteresowanych Biskupów.⁴¹

78. **Przez drugi urząd** kieruje Uniwersytetami, Fakultetami, Zakładami Naukowymi, jak również jakimikolwiek instytutami lub szkołami wyższymi, które noszą prawnie nazwę katolickich, a więc w jakiś sposób zależą od władzy kościelnej, nie wykluczając tych, które są prowadzone przez zakonników lub świeckich. Popiera i zatwierdza przedsięwzięcia i stowarzyszenia, mające na uwadze rozwój studiów. Zależy o to, by na Uniwersytetach katolickich były instytuty, które służą w pierwszym rzędzie postępowi badań naukowych lub praktycznych, jak i przynajmniej katedry teologii, gdzie prowadzono by wykłady, dostosowane również do poziomu studentów świeckich;⁴² wydaje przepisy odnośnie szkół wyższych i bibliotek, z wyłączeniem Watykańskiej. Popiera współpracę i udzielanie wzajemnej pomocy wśród Uniwersytetów katolickich i ich związki czy to w skali krajowej czy międzynarodowej. Podejmuje wysiłki, by przy Uniwersytetach niekatolickich utworzono domy studenckie i katolickie ośrodki uniwersyteckie.⁴³

79. **Przez trzeci urząd** troszczy się o zakładanie szkół parafialnych i diecezjalnych, roztacza opiekę nad wszystkimi szkołami katolickimi, jakiekolwiek rodzaju i stopnia, poniżej Uniwersytetów i Fakultetów oraz nad wszystkimi zakładami wychowawczymi, zależnymi od władzy kościelnej, o ile nie chodzi o szkoły, które tylko przygotowują do życia zakonnego, z zachowaniem jednak przepisu n. 77, 2°. Z tej racji jego kompetencja rozciąga się na całą kulę ziemską w zakresie szkół, z wyłączeniem terenów zależnych od Kongregacji Kościołów

⁴¹ Conc. Vatic. II, Decr. *Optatam totius*, n. 7, AAS 58 (1966) 719.

⁴² Ibid. *Declaratio Gravissimum educationis*, n. 10, p. 736.

⁴³ Ibid., n. 10, p. 736.

cationem et studia respicientes; cooperationem curat cum Conferentiis Episcopalibus, itemque cum auctoritatibus civilibus, coetibusque nationalibus et internationalibus, servata debita coordinatione cum S. Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis; vires coordinat mediaque ad iura et libertatem scholae vindicanda; congressus nationales et internationales approbat, in quibus prae-fatae quaestiones agitantur.

Wschodnich lub od Kongregacji Ewangelizowania Narodów.

80. Ponadto Kongregacja bada ogólne problemy, dotyczące wychowania i studiów. Nawiązuje współpracę z Konferencjami Biskupimi oraz z władzami cywilnymi, jak również z towarzystwami krajowymi lub międzynarodowymi, z zachowaniem koniecznej współpracy z Urzędem dla Międzynarodowych Spraw Kościelnych. Zespala siły i środki dla obrony praw i wolności szkoły. Zatwierdza kongresy krajowe i międzynarodowe, na których rozpatruje się wspomniane problemy.

Caput IX

Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide

81. Quae hucusque nuncupata est Sacra Congregatio de Propaganda Fide, in posterum appellabitur Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide.

82. Congregatio pro Gentium Evangelizatione, seu de Propaganda Fide, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, competens est in rebus quae respiciunt omnes Missiones ad regnum Christi ubique diffundendum institutas, ideoque in constituendis et mutandis necessariis ministris, atque circumscriptionibus ecclesiasticis; in proponendis iis qui easdem regant; in efficiunt provehendo clero autochtone, cui pedemptim maiora attribuantur munera et regimen; in dirigenda et coordinanda tota activitate missionali ubique terrarum, tum quoad ipsos praecones Evangelii, tum quoad cooperationem missionariam fidelium.

83. § 1. Huius Congregationis Membra sunt praeter Patres Cardi-

Rozdział IX

Kongregacja Ewangelizowania Narodów czyli Rozkrzewiania Wiary

81. Dotychczasowa Kongregacja Rozkrzewiania Wiary będzie się nazywała w przyszłości: Kongregacja Ewangelizowania Narodów czyli Rozkrzewiania Wiary.

82. Kongregacja Ewangelizowania Narodów, czyli Rozkrzewiania Wiary, której przewodniczy Kardynał Prefekt, mając do pomocy Sekretarza i Podsekretarza jest kompetentna w sprawach wszystkich Misyj, tworzonych dla rozszerzania wszędzie królestwa Chrystusowego, a więc w zakresie powoływania i zmieniania potrzebnych tam osób, jak również w zakresie terytorialnych granic kościelnych; przedstawiania osób, które by nimi kierowały, coraz skuteczniejszego zwiększania liczby miejscowego duchowieństwa, któremu powierzaloby się z czasem ważniejsze funkcje i kierownictwo; kierowania i układania wszelkiej działalności misyjnej na całym świecie, tak co samych zwiastunów Ewangelii, jak i co do współpracy misyjnej wierznych.

nales, eisdem a Summo Pontifice assignatos, etiam Praesides Secretariatuum: pro Unione Christianorum, pro non Christianis, pro non credentibus.

§ 2. Ad pertractandas autem res maioris momenti et naturam principii generalis habentes, Congregationibus plenariis intersunt, tamquam earundem Membra, etiam cum voto deliberativo, si id Summo Pontifici placuerit, tum Episcopi ex Missionibus ab eodem Romano Pontifice nominati, tum repraesentantes Moderatorum Institutum et Operum Pontificiorum,⁴⁴ cauto ne desint qui exponant necessitates Ecclesiarum quae „iuniores” vel „autochtones” vocantur.

§ 3. Quoad numerum eorum de quibus in § 2, aliaque adiuncta, prae oculis habeantur Litterae Apostolicae *Ecclesiae Sanctae*, motu proprio datae die 6 aug. 1966, necnon peculiaris instructio a Sacra Congregatione edenda.

84. Haec Congregatio in locis sibi subiectis missionales dat impulsus, promovet vocationem et spiritualitatem missionariam; studium et preces pro Missionibus, necnon de istis nuntia genuina et adaequata producit;⁴⁵ Itemque studiosè absolvit officium iuventutem educandi atque clericos in Seminariis instituendi; curat quae ad synodorum necessitates et quaestiones gra-Conferentiarum Episcopaliū celebrationem spectant, eorumque statuta vel decreta, secundum iuris praescripta, recognoscit; visitationes statis temporibus indicit, quibus magis perspecta habeantur et regionum necessitates et quaestiones graviores.

85. Eiusdem Congregationis est suscitare et, pro variis regionum necessitatibus, distribuere missionarios; incitare et coordinare subsidia,

83. § 1. Członkami tej Kongregacji są, oprócz Kardynałów przydzielonych jej przez Papieża, także Przewodniczący Sekretariatów: Jedności Chrześcijan, dla Spraw Niechrześcijan i dla Spraw Niewierzących.

§ 2. Dla rozpatrywania ważniejszych spraw i mających charakter zasady ogólnej uczestniczą w posiedzeniach plenarnych, jako ich członkowie, nawet z głosem decydującym, gdyby tak zarządził Papież — zarówno Biskupi z terenów misyjnych, jak i Przedstawiciele Kierowników Instytutów i Dziel Papieskich,⁴⁴ z zastrzeżeniem, by nie brakowało tych, którzy by byli rzecznikami Kościołów tzw. „młodych” lub „autochtonicznych”.

§ 3. Gdy idzie o liczbę tych, o których mowa w § 2, oraz o inne okoliczności należy mieć na uwadze Pismo Papieskie „*Ecclesiae Sanctae*” wydane z własnej woli dnia 6 sierpnia 1966 r., jak również specjalną Instrukcję, którą wyda Kongregacja.

84. Powyższa Kongregacja daje, na podległych sobie terenach inicjatywę misjonarską, popiera powołania i duchowość misyjną — zapał i modlitwy w intencji Misyj, jak również podaje pewne i dokładne wiadomości o misjach;⁴⁵ Ponadto pilnie podejmuje obowiązek wychowania młodzieży i przygotowania alumnów w Seminariach. Roztacza troskę nad tym, co dotyczy odbywania synodów oraz Zebrań czyli Konferencji Biskupich, a ich statuty lub dekrety zatwierdza zgodnie z przepisem prawa. Naznacza w określonych terminach wizytacje, dzięki którym bardziej można poznać potrzeby tych terenów jak i poważniejsze problemy.

85. Do teje Kongregacji należy troska o misjonarzy i przydzielanie

⁴⁴ Conc. Vatic. II, Decr. *Ad gentes divinitus*, cap. V, n. n. 29, AAS 58 (1966) 979.

⁴⁵ *Ibid.*, cap. V, n. 29.

praesertim per Pontificalia Opera Missionalia, eaque assignare iuxta locorum indigentiam.⁴⁶

86. Huic Congregationi subsunt ratione finis definiti et praevalentis, Instituta religiosa in Missionibus erecta ibique praesertim laborantia; societates ecclesiarum et mulierum sine votis ac Seminaria, quae ex statutis dumtaxat fundata sunt ut in eis instituantur missionarii pro exteris missionibus, quod attinet ad eorum regulas, administrationem atque opportunas concessionem ad sacram ordinationem alumnorum requisitas, servatis tamen normis editis a Congregatione pro Religiosis necnon quoad studia seu institutionem scientificam, a Congregatione pro Institutione catholica.

87. Tenetur autem negotia deferre ad competentes Congregationes quae Fidem attingunt aut sacros ritus aut studia ecclesiastica aut catholicas Universitates, aut dispensationes a matrimonio rato et non consummato; causas matrimoniales insuper aliave negotia ordinem iudiciale requirentia transmittit Sacrae Romanae Rotae.

88. Quod vero spectat ad ceteros sodales religiosos, sive latini sive orientalium rituum, haec Congregatio competentiam habet in ea dumtaxat quae hos qua missionarios, sive uti singulos sive simul sumptos attingunt, firmo iure Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus et remissis ad Congregationem pro Religiosis et Institutis saecularibus quae religiosos qua tales, uti singulos vel simul sumptos, respiciunt, salvo speciali Summi Pontificis praescripto.

89. Ad cooperationem missionalem fovendam habet Consilium Supremum Pontificis Missionalibus Operibus regendis, a quo dependent Consilia generalia Unionis Missionalis Cleri, Operis a Propagatione

ich według pilniejszych potrzeb terenu; organizowanie i koordynowanie pomocy, zwłaszcza poprzez Papieskie Dzieła Misyjne oraz rozdzielanie ich zależnie od miejscowych potrzeb.⁴⁶

86. Omawianej Kongregacji podlegają z racji określonego i zasadniczego celu Instytuty zakonne erygowane na Misjach i tam głównie pracujące; stowarzyszenia mężczyzn i niewiast bez ślubów oraz Seminaria, które na podstawie statutów są założone wyłącznie w celu przygotowywania misjonarzy dla misyj zewnętrznych — w zakresie ich przepisów, administracji oraz odpowiednich zezwoleń wymaganych do wyższych święceń alumnów, z zachowaniem jednak norm wydanych przez Kongregację Zakonów, jak również, gdy chodzi o studia czyli formację teoretyczną, przez Kongregację Nauczania Katolickiego.

87. Obowiązana jest przesać do kompetentnych Kongregacji sprawy, które dotyczą Wiary, świętych obrzędów, studiów kościelnych, katolickich Uniwersytetów, dyspens od małżeństwa zawartego a niedopełnionego. Ponadto sprawy małżeńskie oraz inne, wymagające dochodzenia sądowego przekazuje Rocie Rzymskiej.

88. Co zaś dotyczy pozostałych zakonników czy to obrządku łacińskiego, czy obrządków wschodnich, powyższa Kongregacja posiada kompetencję w odniesieniu do tych spraw, które ich dotyczą jako misjonarzy, branych pojedynczo lub zespołowo, z zachowaniem prawa Kongregacji Kościołów Wschodnich i przekazuje Kongregacji Zakonów i Instytutów Świeckich sprawy, które dotyczą zakonników jako takich, branych pojedynczo lub zespołowo, przy czym zachowuje moc specjalny przepis Papieski.

89. Dla popierania współpracy misjonarskiej posiada Najwyższą Ra-

⁴⁶ Ibid., cap. V, n. 29.

Fidei, Operis a S. Petro Apostolo, Operis a S. Infantia.

90. Consultorum coetus in quo partem habent, praeter ceteros viros peritos, etiam Secretarii trium Secretariatuum, Moderatores Institutum et Operum Pontificalium necnon repraesentantes tum Operum Regionalium pro Missionibus tum consociationum internationalium laicorum, notiones colligit opportunas cum de condicione locali variarum regionum deque modo cogitandi diversorum hominum coetuum, tum de methodis evangelizationis adhibendis, atque conclusiones scientifice fundatas, pro opere et cooperatione missionali proponit.⁴⁷

91. Officium administrativum curat aerarium Congregationis seu bonorum administrationem sub directione Cardinalis Praefecti, firmo onere reddendi debitam rationem Praefecturae rerum oeconomicarum Sanctae Sedis.

dę kierowania Papieskimi Dzielami Misyjnymi, od której zależą Rady generalne: Unii Misyjnej Kleru, Dzieła Rozkrzewiania Wiary, Dzieła św. Piotra Apostoła, Dzieła Dziecięctwa.

90. Zespół Konsultorów, do którego należą oprócz innych biegłych osób, także Sekretarze trzech Sekretariatów, Kierownicy Instytutów i Dzieł Papieskich oraz przedstawiciele zarówno regionalnych Dziel Misyjnych, jak i międzynarodowych Stowarzyszeń osób świeckich — zbiera odpowiednie dane tak o warunkach lokalnych różnych regionów, jak i sposobie myślenia różnych grup ludzi, jak i o metodach, które winny być stosowane w ewangelizowaniu, przedstawiając naukowo uzasadnione wnioski, dotyczące działalności i współpracy misjonarskiej.⁴⁷

91. Urząd administracyjny zarządza finansami czyli dobrami materialnymi Kongregacji, pod kierownictwem Kardynała Prefekta, z zachowaniem obowiązku przedkładania należnego sprawozdania Urzędowi Spraw Gospodarczych Stolicy Apostolskiej.

IV

SECRETARIATUS

Caput I

Secretariatus ad Christianorum unitatem fovendam

92. § 1. Secretariatum ad Christianorum unitatem fovendam, cuius membra sunt Cardinales et Episcopi a Summo Pontifice nominati, moderatur Cardinalis Praeses, cui auxilium praestant Secretarius et Subsecretarius. Consilia autem iuxta Normas generales, n. 5, praebent Consultores clerici et laici ex uni-

IV

SEKRETARIATY

Rozdział I

Sekretariat Jedności Chrześcijan

92. § 1. Sekretariatem Jedności Chrześcijan, którego członkami są Kardynałowie i Biskupi, mianowani przez Papieża, kieruje Kardynał Przewodniczący, któremu świadczą pomoc Sekretarz i Podsekretarz. Swoją zaś radą służą, zgodnie z Normami Generalnymi, n. 5, Konsultorzy, duchowni i świeccy, powoły-

⁴⁷ Ibid., cap. V, n. 29.

verso orbe advocandi, qui sunt in rebus oecumenicis probe versati.

§ 2. Inter Membra Secretariatus adnumerantur ex officio Cardinales Praefecti Sacrarum Congregationum pro Ecclesiis Orientalibus et pro Gentium Evangelizatione, inter Consultores vero semper sunt Secretarii earundem Congregationum.

§ 3. Secretariatus in duplex partitur Officium, sub immediato ductu sui Delegati: alterum pro parte quae dicitur occidentalis, alterum pro parte quae orientalis nuncupatur.

93. Secretariatus competentiam et munus habet fovendi Christianorum unitatem. Ideoque, re prius delata ad Summum Pontificem, rationes curat cum fratribus aliarum communitatum; de recta interpretatione et executione principiorum oecumenismi agit; coetus catholicos cogit vel alit et coordinat tum nationales tum internationales, unitatem Christianorum promoventes; colloquia instituit quoad quaestiones et activitates oecumenicas cum Ecclesiis a Sede Apostolica seiunctis; observatores catholicos deputat pro conventibus christianis; fratrum seiunctorum observatores ad conventus catholicos invitat, quoties id opportunum videtur; decreta conciliaria, quae ad rem oecumenicam attinent, executioni mandat.

94. Competentiam insuper habet in rebus Iudeis sub aspectu religionis respicientibus.

95. Negotia mixta concorditer tractantur cum Dicasteriis quorum interest.

wani z całego świata, dobrze zorientowani w sprawach ekumenicznych.

§ 2. Do Członków Sekretariatu zalicza się z urzędu Kardynałów Prefektów Kongregacji: Kościołów Wschodnich i Ewangelizowania Narodów. Natomiast Sekretarze tych Kongregacji są zawsze Konsultorami.

§ 3. Sekretariat składa się z dwóch Urzędów pod bezpośrednim kierownictwem swego Delegata: jeden dla tzw. części zachodniej, drugi dla części zwanej wschodnią.

93. Do kompetencji i obowiązków Sekretariatu należy popieranie jedności Chrześcijan. I dlatego, przedstawwszy uprzednio sprawę Papieżowi, rozłącza troskę nad kontaktami z braćmi innych społeczności. Zajmuje się właściwą interpretacją i realizacją zasad ekumenizmu. Zwołuje, popiera i koordynuje spotkania katolików tak krajowe jak i międzynarodowe, zmierzające do jedności Chrześcijan. Podejmuje dialogi odnośnie problemów i poczynań ekumenicznych z Kościołami i wspólnotami kościelnymi odłączonymi od Stolicy Apostolskiej. Wyznacza obserwatorów na spotkania chrześcijańskie. Zaprasza obserwatorów ze strony braci odłączonych na katolickie spotkania, ilekroć wydaje się to pożyteczne. Poleca wykonywać soborowe dekryety dotyczące spraw ekumenicznych.

94. Ponadto posiada kompetencję w sprawach dotyczących Żydów pod aspektem religijnym.

95. Sprawy mieszane są załatwiane w porozumieniu z zainteresowanymi Dykasteriami.

Caput II

Secretariatus pro non christianis

96. Secretariatus pro non christianis, moderante Cardinali Praeside et auxilium ferentibus Secretario et Subsecretario, eos salubriter atin-

Rozdział II

Sekretariat dla Spraw Niechrześcijan

96. Sekretariat dla Spraw Niechrześcijan, pod kierownictwem Kardynała Przewodniczącego i przy pomocy Sekretarza i Podsekretarza,

git, Summo Pontifice probante, qui christianae religionis sunt quidem expertes, sed aliquam religionem profitentur vel sensu religioso potiuntur.

97. Secretariatus Membra, praeter Cardinalem Praefectum S. Congregationis pro Gentium Evangelizatione, sunt ea quae eliguntur a Summo Pontifice, sive e Sacro Collegio Cardinalium, sive proponentibus Conferentiis Episcopalibus locorum Missionum itemque aliis in quorum circumscriptionibus complures non christiani quavis de causa, etiam pro tempore, degant. Consilia autem affert Peritorum coetus, a Summo Pontifice adprobatorum.

98. Intacta competentia Congregationis pro Gentium Evangelizatione, ad finem suum assequendum Secretariatus non modo studia promovet, sed et impensa caritate fovet cum non christianis rationes quibus efficiatur ut mutua augeatur aestimatio.

99. Eiusdem Secretariatus est methodum et vias quaerere ad aptum instituendum dialogum cum non christianis. Curat igitur ut non christiani rite cognoscantur et iuste aestimentur a christianis, utque vicissim lidem christianam doctrinam et vitam aequae cognoscere et aestimare possint; desideria Ordinariorum excipit et perpendit; formationi consulit eorum qui in dialogum incumbunt; incepta proponit, examinat, approbat quae experientia subiecerit.

100. Eidem adnectitur Officium ad rationes fovendas cum Musulmanis.

zajmuje się zbawiennie — za aprobatą Ojca św. — tymi, którzy wprawdzie nie wyznają religii chrześcijańskiej, ale wyznają jakąś religię lub kierują się zmysłem religijnym.

97. Członkami Sekretariatu są, oprócz Kardynała Prefekta Kongregacji Ewangelizowania Narodów osoby wybrane przez Papieża, czy to z Kolegium Kardynałów, czy też na propozycję Konferencji Biskupich terenów misyjnych, jak również i innych, w zasięgu których przebywa, z jakiegokolwiek przyczyny, wielu niechrześcijan, choćby czasowo. W charakterze zaś doradców występuje zespół biegłych, zatwierdzonych przez Ojca św.

98. Nie naruszając kompetencji Kongregacji Ewangelizowania Narodów, Sekretariat nie tylko organizuje (popiera) studia dla osiągnięcia swojego celu, lecz również z żarliwą miłością popiera kontakty z niechrześcijanami, przez które osiąga się coraz większe wzajemne zrozumienie.

99. Do omawianego Sekretariatu należy poszukiwanie metody i dróg dla nawiązania dialogu z niechrześcijanami. Troszczy się więc o to, ażeby chrześcijanie właściwie poznali i oceniali niechrześcijan oraz by ci ostatni mogli wzajemnie właściwie poznać i ocenić naukę i życie chrześcijańskie. Przyjmuje i rozważa dezyderaty Ordynariuszów. Zabiega o przygotowanie tych, którzy będą zajmowali się dialogiem. Proponuje, bada i zatwierdza te inicjatywy, które podsuwa doświadczenie.

100. Złączony jest z nim urząd dla utrzymywania kontaktów z Muzułmanami.

Caput III

Secretariatus pro non credentibus

101. Secretariatus pro non credentibus Praesidem habet S.R.E Cardi-

Rozdział III

Sekretariat dla Spraw Niewierzących

101. Sekretariat dla Spraw Niewierzących ma Przewodniczącym

nalem, iuvantibus Secretario et Subsecretario, et constat ex quibusdam Cardinalibus et Episcopis a Summo Pontifice nominatis, quibus accedunt Consultores ex toto Orbe electi.

102. Secretariatus, probante Summo Pontifice, in atheismi studium incumbit, ut eius diversas rationes intimius exploret et, quoad fieri potest, colloquium instituat cum ipsis non credentibus qui collaborationem sincere acceptent.

V

CONSILIUM DE LAICIS
ET PONTIFICIA COMMISSIO
STUDIOSORUM
A „IUSTITIA ET PACE”

103. Normae valent quae editae sunt in Litteris Apostolicis *Catholicam Christi Ecclesiam Motu Proprio* datis die 6 ian. 1967.⁴⁸

VI

TRIBUNALIA

Caput I

Supremum Tribunal Signaturae
Apostolicae

104. Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae constat ex nonnullis S.R.E. Cardinalibus a Summo Pontifice nominatis, quorum unus, ab eodem delectus, Praefecti munere fungitur, auxilium ferentibus Secretario et Subsecretario. Duplicem habet sectionem.

105. **Per sectionem primam** Tribunal ea cognoscit, aut ex potestate ordinaria aut ex potestate delegata, quae eidem tribuuntur in Cordice iuris canonici;⁴⁹ competentiam tribunalium, etiam pro causis matrimonialibus constitutorum, prorogat; forum peregrinorum in Urbe, donec

Kardynała, wspomaganego przez Sekretarza i Podsekretarza a składa się z niektórych Kardynałów i Biskupów mianowanych przez Ojca św., do których dochodzą Konsultorzy wybrani z całego świata.

102. Sekretariat zajmuje się, za aprobatą Ojca św., badaniem ateizmu, aby dogłębniej poznać jego różne aspekty i na ile to możliwe nawiązać dialog z niewierzącymi, którzy szczerze akceptują współpracę.

V

RADA ŚWIECKICH
I PAPIESKA KOMISJA STUDIÓW
„IUSTITIA ET PAX”

103. Zachowują swoją moc przepisy, wydane w Piśmie Apostolskim *„Catholicam Christi Ecclesiam”*, wydanym z własnej woli dnia 6 stycz. 1967 r.⁴⁸

VI

TRYBUNAŁY

Rozdział I

Sygnatura Apostolska

104. Sygnatura Apostolska składa się z niektórych Kardynałów, mianowanych przez Papieża, z których jeden, określony przez Ojca św. sprawuje funkcję Prefekta, mając do pomocy Sekretarza i Podsekretarza. Posiada dwie sekcje.

105. **Przez pierwszą sekcję** Trybunał rozpoznaje — czy to na podstawie władzy zwyczajnej czy delegowanej — to, co mu przyznaje Kodeks prawa kanonicznego.⁴⁹ Przedłuża kompetencję Trybunałów ustanowionych nawet dla spraw małżeńskich. Dopóki inaczej nie zostanie postanowione właściwość są-

⁴⁸ AAS 59 (1967) 25—28.

⁴⁹ Can. 1603, 1604, 1605 C.I.C.

aliter provideatur, extendit ad processus nullitatis matrimonii, extraordinariis dumtaxat in adiunctis et gravissimis de causis; ad normam sacrorum canonum invigilat pro munere suo rectae administrationi iustitiae; tribunalium regionalium vel interregionalium erectionem curat; iuribus gaudet, quae eidem tribuuntur in Concordatis inter Sanctam Sedem et varias Nationes.

106. **Per alteram sectionem** Signatura Apostolica contentiones dirimit ortas ex actu potestatis administrativae ecclesiae, et ad eam, ob interpositam appellationem seu recursum adversus decisionem competentis Dicasterii, delatas, quoties contendatur actum ipsum legem aliquam violasse. In his casibus videt sive de admissione recursus sive de illegitimitate actus impugnati.

107. **Per eandem sectionem** iudicat insuper de conflictibus competentiae inter Dicasteria Sedis Apostolicae; cognoscit negotia administrativa a Romanae Curiae Congregationibus ipsi delata; videt de quaestionibus a Summo Pontifice eidem commissis.

108. Signatura Apostolica regitur lege propria.

dową w odniesieniu do podróźnych przebywających w Rzymie rozciąga i na procesy dotyczące nieważności małżeństwa, lecz tylko w nadzwyczajnych okolicznościach i na skutek bardzo poważnych przyczyn. Zgodnie z przepisami kanonów czuwa ze swego urzędu nad właściwym wymiarem sprawiedliwości. Troszczy się o erekcję trybunałów krajowych i międzynarodowych. Posiada uprawnienia, które są jej przyznane w Konkordatach między Stolicą Ap. i różnymi Państwami.

106. **Przez drugą sekcję** Sygnatura Apostolska rozstrzyga spory powstałe w wykonywaniu kościelnej władzy administracyjnej, a do niej przekazane, na skutek złożonej apelacji czyli rekursu przeciwko decyzji kompetentnego Dykasterium, ilekroć się stwierdza, że sam akt naruszył jakieś prawo. W tych wypadkach rozstrzyga czy to o dopuszczeniu rekursu, czy to o bezprawności zaskarżonego aktu.

107. Przez tę samą sekcję rozstrzyga konflikty kompetencyjne między Dykasteriami Stolicy Apostolskiej. Rozpatruje sprawy administracyjne przedstawione jej przez Kongregację Kurii Rzymskiej. Załatwia sprawy zlecone jej przez Ojca św.

108. Sygnatura Apostolska rządzi się własnym prawem.

Caput II

Sacra Romana Rota

109. Firmis manentibus praescriptis Codicis iuris canonici,⁵⁰ competentia Sacrae Romanae Rotae in causis nullitatis matrimonii ad Sedem Apostolicam rite delatis, extenditur etiam ad causas inter partem catholicam et acatholicam, vel inter partes acatholicas, sive ad latinum, sive ad orientales ritus alterutra, vel utraque pars baptizata pertineat, remissis tamen quaestionibus

Rozdział II

Rota Rzymska

109. Zachowując w mocy przepisy Kodeksu prawa kanonicznego,⁵¹ kompetencja Roty Rzymskiej w sprawach małżeńskich, właściwie skierowanych do Stolicy Apostolskiej, rozciąga się również na sprawy między stroną katolicką i akatolicką lub między stronami akatolickimi, gdy jedna lub obydwie strony ochrzczone należą do obrządku czy to łacińskiego, czy obrząd-

⁵⁰ Can. 1598; 1599; cf. etiam can. 1557, § 2 C.I.C.

doctrinalibus, Fidem attingentibus, Congregationi pro Doctrina Fidei, ad normam nn. 29 et 31 huius Constitutionis.

110. Sacra Romana Rota suis regitur normis.

ków wschodnich, pozostawiając jednak Kongregacji Nauki Wiary kwestie doktrynalne, dotyczące Wiary, zgodnie z przepisem nn. 29 i 31 niniejszej Konstytucji.

110. Rota Rzymska rządzi się własnymi przepisami.

Caput III

Sacra Paenitentiaría Apostolica

111. Sacrae Paenitentiariae Apostolicae praeficitur Cardinalis Paenitentiaris Maior, qui adiuvatur a Regente aliisque Praelatis, qui eiusdem Paenitentiaris Maioris Consilium efficiunt.⁵¹

112. Huius tribunalis iurisdictione complectitur ea quae forum internum etiam non sacramentale respiciunt; quare hoc tribunal pro foro interno largitur gratias, absolutioes, dispensationes, commutationes, sanationes, condonationes.

113. Eidem dumtaxat Paenitentiariae insuper demandantur ea quae spectant ad concessionem et usum indulgentiarum, salvo tamen iure Congregationis pro Doctrina Fidei videndi ea quae doctrinam dogmaticam circa easdem indulgentias attingunt.

VII

OFFICIA

Caput I

Cancellaria Apostolica

114. Cancellaria Apostolica, cui praest Cardinalis S.R.E. Cancellarius, iuvante Regente, munere fungitur expediendi tum Litteras Decretales atque Constitutiones apostolicas, tum Litteras apostolicas in forma Bullae vel Brevis maioris momenti, prout lege statutum est,

Rozdział III

Penitencjaria Apostolska

111. Penitencjarii Apostolskiej przewodniczy Kardynał Wielki Penitencjarz, wspomagany przez Regensa i innych Prałatów, którzy tworzą Radę Penitencjarza Wielkiego.⁵¹

112. Jurysdykcja tego trybunału obejmuje sprawy dotyczące zakresu wewnętrznego także pozasakramentalnego. Z tej racji omawiany trybunał udziela łask, rozgrzeszeń, dyspens, zamian, sanacji, kondonacji — w zakresie wewnętrznym.

113. Ponadto tylko Penitencjarii zleca się to, co dotyczy udzielania i praktyki odpustów, z zachowaniem jednak uprawnienia Kongregacji Nauki Wiary do rozpatrywania nauki dogmatycznej o odpustach.

VII

URZĘDY

Rozdział I

Kancelaria Apostolska

114. Kancelaria Apostolska, której przewodniczy Kardynał Kanclerz, wspomagany przez Regensa wypełnia zadanie wysyłania tak Dekretów oraz Konstytucji Apostolskich jak i Pism apostolskich w formie Bulli lub Brewe w ważniejszych sprawach, o ile zostało to określone

⁵¹ Pius XI, Const. *Quae divinitus Nobis*, diei 25 martii 1935, nn. 2—3; cfr. AAS 27 (1935) 97 ss.

vel id commissum a Summo Pontifice aut a propriis Romanae Curiae Dicasteriis.

115. Litterae sive in forma Bullae sive in forma Brevis, ne expediantur, nisi de mandato Summi Pontificis vel cuiusdam Dicasterii, singillatim servatis eiusdem mandati terminis.⁵²

116. Cancellariae Apostolicae est sigillum plumbeum atque anulum piscatoris summa cura custodire.

prawem lub zlecone przez Ojca św., ewentualnie przez odpowiednie Dykasterie Kurii Rzymskiej.

115. Pisma czy to w formie Bulli czy w formie Brewe wysyła tylko na zlecenie Papieża lub jakiegoś Dykasterium, zachowując w poszczególnych wypadkach terminy wskazane w poleceniu.⁵²

116. Do Kancelarii Apostolskiej należy strzeżenie z najwyższą troską pieczęci ołowianej oraz pierścienia rybaka.

Caput II

Praefectura rerum oeconomicarum S. Sedis

117. Praefectura rerum oeconomicarum Sanctae Sedis, quam dirigit Commissio trium Cardinalium, quorum unus Praesidis munere fungitur, iuvante Praelato Secretario, coordinat omnes administrationes bonorum Sanctae Sedis eisque invigilat.

118. Praefecturae adsunt Ratiocinator Generalis alique computatores, iuxta necessitates, eidemque consilium praebet Coetus consultorum ex clericis vel laicis vere peritis eligendorum a Summa Pontifice.

119. Commissio Patrum Cardinalium, Praelatus a Secretis et Consultores elapso a nominatione quinennio indigent confirmationem.

120. Praefectura munera obtinet quae sequuntur:

1° recipit tum relationem de statu patrimoniali et oeconomico, tum rationem accepti et expensi aestimationem sumptum sive praeviam sive posteriorem exhibitam a bonorum Administratoribus, qui a Sancta Sede pendent, licet quandam vel plenam libertatem (vulgo: autonomia) habeant, haud exceptis Commissionibus et Administrationibus Pontificiis sive in Urbe sive extra Urbem, salva tamen peculiari ordina-

Rozdział II

Zarząd Spraw Gospodarczych Stolicy Ap.

117. Zarząd Spraw Gospodarczych Stolicy Apostolskiej, którym kieruje Komisja trzech Kardynałów, spośród których jeden spełnia funkcję Przewodniczącego, będąc wspomagany przez Prałata Sekretarza — koordynuje wszelką administrację dobrami Stolicy Świętej i czuwa nad nią.

118. Zarząd posiada Głównego Księgowego oraz innych Księgowych, zależnie od potrzeb, a radą służy mu zespół konsultorów wybieranych przez Papieża spośród osób rzeczywiście biegłych tak duchownych jak i świeckich.

119. Komisja Kardynałów, Prałat Sekretarz i Konsultorzy wymagają zatwierdzenia, po upływie pięcioletnia od nominacji.

120. Zarząd otrzymuje następujące zadania:

1° przyjmuje zarówno sprawozdanie o stanie majątkowym i gospodarczym, jak i rozliczenie dotyczące przychodów i rozchodów oraz uzasadnienie wydatków czy to uprzednie czy późniejsze, przedstawiane przez Zarządców dóbr, zależnych od Stolicy Świętej, chociażby posiadali pewną lub całkowitą autonomię, nie wyłączając Komisyj i Administracyj

⁵² Can. 260 C.I.C.

tionem Institutum Religionis operibus tutandis;

2° sedulo perpendit rationem et aestimationem, de quibus supra, ut — statuto tempore — per Cardinalem Praesidem exhibere possit approbationi Summi Pontifici generalium computationem (= bilancio) accepti et expensi anni superioris (consuntivo) necnon praeviae aestimationis pro anno subsequente (preventivo).

3° coordinat omnia nummaria Sanctae Sedis incepta (vulgo investimenti, operationi importantii) iisque invigilat, ita ut singula ordinatim procedant ad suum assequendum finem;

4° examinat laborum adumbrationes, tum praevias tum executivas et, si opus fuerit, ipsis laboribus invigilat;

5° taxat centesimas partes, Administrationi Generali Patrimonii Apostolicae Sedis tradendas, titulo contributionis ad onera levanda;

6° libros inspicit et documenta, eaque expendit quae ordinariam gestionem excedunt; de quibus relationem scriptam per Cardinalem Praesidem Summo Pontifici tradit.

121. Praefectura cognoscit insuper de iis qui munus sibi commissum obeunt, patrimonio Sanctae Sedis damnum quomodocumque intulerint. Actiones poenales autem vel civiles deferentur Tribunali competenti, aut, si hoc desit, Commissioni specialiter deputandae vel, de Summi Pontificis mandato, Tribunali S. R. Rotae.

Papieskich, czy to w Rzymie, czy poza Rzymem, z zachowaniem jednak szczególnej organizacji Instytutu obrony Dziej Religii;

2° Bada dokładnie rozliczenie i uzasadnienie, o których była wyżej mowa, ażeby — w ustalonym czasie — Kardynał Przewodniczący mógł przedstawić do zatwierdzenia Ojcu św., ogólne rozliczenie (bilans) przychodów i rozchodów poprzedniego roku (rozliczeniowego) jak również planowany budżet na rok następny.

3° koordynuje wszystkie przedsięwzięcia finansowe (zwane potocznie: inwestycje, wielkie operacje) i czuwa nad nimi tak, ażeby każde z zachowaniem porządku zmierzało do właściwego celu;

4° bada wykazy prac tak planowanych jak i wykonanych, a gdy zachodzi potrzeba rozłącza troskę nad samymi pracami;

5° określa procenty przekazywane Generalnemu Zarządowi Państwa Watykańskiego tytułem podatku na pokrycie kosztów;

6° przegląda księgi i dokumenty oraz załatwia to co przekracza zwyczajną kompetencję w zarządzie (majątkiem). Składa o tym pisemną relację Ojcu św. za pośrednictwem Kardynała Przewodniczącego.

121. Ponadto Zarząd rozpatruje sprawy tych, którzy wykonując powierzoną sobie funkcję, wyrządzili w jakikolwiek sposób szkodę Stolicy Apostolskiej. Jednakże dochodzenia karne lub cywilne przekazuje się kompetentnemu Trybunałowi, a gdyby takiego nie było specjalnie utworzonej Komisji, ewentualnie — z polecenia Papieża — Trybunałowi Roty.

Caput III

Camera Apostolica

122. Camera Apostolica, cui praeficitur Cardinalis S.R.E. Camerarius, vel eo impedito, Vice Camerarius,

Rozdział III

Kamera Apostolska

122. Kamera Apostolska, której przewodniczy Kardynał Kamerling, albo, gdy on jest przeszkodzony Wi-

munus servat curandi atque administrandi bona et iura temporalia Sanctae Sedis, quo tempore haec vacat.⁵³

In his obeundis muneribus admissim observentur speciales leges iam latae vel edendae.

Caput IV

Administratio Patrimonii Apostolicae Sedis

123. Administratio Patrimonii Apostolicae Sedis, cui praeficitur Cardinalis Praeses, assistente Patrum Cardinalium Consilio, et adiutricem operam praestante Secretario, duplicem sectionem habet: ordinariam et extraordinariam.

124. § 1. **Sectio ordinaria** commissis muneribus administrandi fungitur, Delegato directe moderante.

§ 2. **Sectio extraordinaria**, altero Delegato moderante, munera obtinet a Summo Pontifice ipsi commissa, et suis regitur peculiaribus legibus.

Caput V

Apostolici Palatii Praefectura

125. Praefectura Palatii Apostolici, quam moderatur Praefectus, iuvante Regente praestit Palatio Apostolico, et Summo Pontifici adest, sive in ipso Palatio, sive quo ille se confert.

126. § 1. Eiusdem Praefecturae est admissio coram Summo Pontifice ordinare, et omnia apparare quae respiciunt sacras caeremonias pontificias extra partem stricte liturgicam, reservatis autem Vicario Generali Civitatis Vaticanae omnibus quae ad curam spiritualem spectant eorum qui in eadem Vaticana Civitate commorantur vel la-

cekamerling, zachowuje zadanie troski i zarzadzania dobrami oraz prawami doczesnymi Stolicy Apostolskiej w czasie gdy ta wakuje.⁵³

W wykonywaniu tych zadań winny być dokładnie przestrzegane specjalne przepisy czy to już wydane czy te, które będą wydane.

Rozdział IV

Administracja Państwa Watykańskiego

123. Administracja Państwa Watykańskiego, na czele którego stoi Kardynał Przewodniczący, mając do dyspozycji Radę złożoną z Kardynałów oraz do pomocy Sekretarza — posiada dwie sekcje: zwyczajną i nadzwyczajną.

124. § 1. **Sekcja zwyczajna** pod bezpośrednim kierownictwem Delegata, załatwia powierzone sobie sprawy administracyjne.

§ 2. **Sekcja nadzwyczajna**, kierowana przez innego Delegata, otrzymuje zadania zwierzone jej przez Papieża i rządzi się specjalnymi przepisami.

Rozdział V

Zarząd Domu Papieskiego

125. Zarząd Domu Papieskiego, którym kieruje Prefekt, wspierany przez Regensa, zarządza Domem Papieskim i służy do dyspozycji Papieża, czy to w samym Domu, czy tam, gdzie On się udaje.

126. § 1. Do tego Zarządu należy kierowanie adienjami u Papieża i przygotowywanie wszystkiego, co dotyczy ceremonii papieskich poza częścią ściśle liturgiczną, z zarezerwowaniem jednak Wikariuszowi Generalnemu Państwa Watykańskiego wszystkiego, co ma na uwadze troskę duchową o tych, którzy mieszkają lub pracują na teryto-

⁵³ Can. 262 C.I.C.

borant, concordi consilio cum iis quorum interest.

§ 2. Item ad Praefecturam pertinere necessaria vel opportuna disponere, quotiescumque Summus Pontifex e Palatio Apostolico in Urbem se confert; opem vero auxiliumque praestare Secretariae Status quoties Summus Pontifex ad peregrinationes apostolicas sese accingit.

127. Praefectura insuper cognoscit de priore loco attribuendo sive Patribus Cardinalibus sive Legatis quos Nationes ad Sanctam Sedem mittunt;⁵⁴ itemque coniunctim cum Secretaria Status, servat quae servanda sunt, cum ii, qui supremum tenent populorum principatum, vel excelsa dignitate praediti sunt, a Romano Pontifice sollemniter admittuntur coram.

128. Praelatus Palatii Apostolici Praefectus indiget confirmationem novi electi Summi Pontificis.

rium Państwa Watykańskiego — po uzgodnieniu z tymi, którzy są zainteresowani.

§ 2. Tak samo do omawianego Zarządu należy przygotowanie wszystkiego, co jest konieczne lub wskazane, ilekroć Papież udaje się z Siedziby Apostolskiej do Miasta; niesienie zaś pomocy Sekretariatowi Stanu, ilekroć Ojciec św. wybiera się z pielgrzymką Apostolską.

127. Zarząd rozstrzyga ponadto o przyznaniu pierwszego miejsca czy to Kardynałom czy Posłom, których różne Państwa posyłają do Stolicy Apostolskiej;⁵⁴ a także — łącznie z Sekretariatem Stanu — zachowuje to, co należy zachować gdy ci, którzy dzieżą najwyższą w państwie władzę lub piastują niezwykłą godność są przyjmowani przez Papieża.

128. Prałat, Prefekt Domu Papieskiego potrzebuje zatwierdzenia nowo wybranego Ojca św.

Rozdział VI

Caput VI

Generale Ecclesiae Rationarium

129. Ecclesiae Rationarium seu Officium Statisticae munus habet notitias colligendi et ordinatim componendi, quae necessariae vel utiles ad Ecclesiae statum melius dignoscendum et ad sacros Pastores adiuvandos videantur.

130. Officium, ut notitiae comparantur, opportunis datis normis curat ut in paroeciis, dioecesibus, regionibus, religiosorum institutis necnon in Dicasteriis Romanae Curiae, iisque indicata via et ratione, rationaria seu indices rite conficiantur, quae statis temporibus ad ipsam mittantur, ut coordinata summa earum omnium rerum fiat, quae ad vitam Ecclesiae respiciant.

Główny Urząd Statystyczny Kościoła

129. Urząd Statystyczny ma zadanie zbierania i porządkowania wiadomości, które wydają się konieczne lub pożyteczne dla lepszego poznania stanu Kościoła i dla dostarczenia pomocy Pasterzom.

130. Mając na uwadze właściwe zebranie wiadomości, Urząd, przez wydanie odpowiednich przepisów, troszczy się o to, ażeby, według wskazanej w nich drogi i sposobu sporządzano w parafiach, diecezjach, regionach, instytucjach zakonnych, jak również w Dykasteriach Kurii Rzymskiej w sposób prawidłowy statystyki, czyli wykazy, jakie winny być do niej (Kurii) wysłane w odpowiednich terminach — aby

⁵⁴ Can. 254 C.I.C.

131. Officium, facta comparando, indices generales exarat et iis quorum interest illustrat, ut accuratissime ostendatur momentum eorum quae observantur, causas indicando atque effectus inde nascentes.

powstał uporządkowany zbiór wszystkiego, co dotyczy życia Kościoła.

131. Urząd zestawiając zebrane dane, sporządza indeksy ogólne i naświetla zainteresowanym, aby z całą dokładnością ukazać ważność tego, co dostrzeżono, przez pokazanie przyczyn i skutków z tego powstających.

APPENDIX

I)

132. Reverenda **Fabrica S. Petri** curare perget ea quae ad Basilicam Principis Apostolorum, iuxta praescriptum Constitutionis *Sapientis Consilio*, diei 29 iunii 1908, et concorditer agens cum Capitulo eiusdem Basilicae.

133. Permanent in suo statu quo ante Bibliotheca Apostolica Vaticana, Archivum Secretum Vaticanum, Typographia et Libraria Vaticana, Officium Magistri largitionum Pont. Max. seu Elemosynaria Apostolica, Consilium pro instrumentis communicationis socialis, ceterique Coetus permanentes Pontificii, necnon Consilium ad exequendam Constitutionem Concilii Vaticani II de Sacra Liturgia, donec munus absolvat.

134. Quae autem respiciunt Pontificiam Domum suis regentur normis.

Secretariatus vero Brevium ad Principes et Secretariatus Epistolarum latinarum meneribus cuiusque propriis fungi pergant, donec aliter provideatur.

II)

135. Huic Constitutioni Apostolicae accedet Ordo servandus seu normae communes quibus disciplina et modus tractandi negotia in Dicasteriis Sanctae Sedis praestituitur, firma manente generali norma de qua in tit. I, cap. I, n. 12.

UZUPEŁNIENIE

I)

132. Uposażenie bazyliki św. Piotra troszczy się w dalszym ciągu o to, co jest związane z Bazyliką Księcia Apostołów, według przepisu Konstytucji „*Sapientis Consilio*” z dnia 29 czerwca 1908 r., działając w zgodności z Kapitułą tejże Bazyliki.

133. Zachowują swój dotychczasowy stan Apostolska Biblioteka Watykańska, Tajne Archiwum Watykańskie, Drukarnia i Księgarnia Watykańska, Urząd Jałmużnika Papieskiego czyli Papieskiej Akcji Miłosierdzia, Rada Społecznych Środków przekazywania myśli ludzkiej i inne stałe Organy Papieskie, jak również Rada Wykonawcza Konstytucji Soboru Watykańskiego II o sw. Liturgii, dopóki nie wypełni swego zadania.

134. W sprawach dotyczących bezpośrednio Domu Papieskiego należy zachować specjalne przepisy.

Natomiast Sekretariat brewiów dla Panujących i Listów łańskich w dalszym ciągu wykonuje swoje funkcje, dopóki inaczej nie będzie postanowione.

II)

135. Do tej Konstytucji dojdzie Regulamin, czyli normy ogólne, określające dyscyplinę i sposób załatwiania spraw w Dykasteriach Stolicy Apostolskiej z zachowaniem zasady ogólnej, o której mowa w tyt. I, rozdz. I, n. 12.

III)

136. In omnibus autem et sigulis recensitis Congregationibus, quemadmodum et in ceteris Dicasteriis, hoc in primis collemne sit, ut nihil grave et extraordinarium agatur, nisi a Moderatoribuseorundem Summo Pontifici fuerit ante significatum.

Insuper decisiones quaevis pontificia approbatione indigent; exceptis iis pro quibus Dicasteriorum Moderatoribus speciales facultates tributae sint, exceptisque sententiis tribunalis S.R. Rotae et Signaturae Apostolicae intra limites suae competentiae latis.

Decernentes praesentem Constitutionem Apostolicam firmam, validam et efficacem semper esse ac fore, suosque plenarios effectus sortiri atque obtinere a Kalendis Ianuariis anni MCLXVIII et illis ad quos spectat aut quomodolibet spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XV mensis Augusti, in Assumptione B.M.V., anno MCLXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PAULUS PP. VI

III).

136. We wszystkich zaś wyliczonych Kongregacjach, to na pierwszym miejscu winno być przestrzeżone, aby nic poważnego i nadzwyczajnego nie było załatwiane bez uprzedniego przedstawienia przez ich Moderatorów Ojcu św.

Ponadto jakiegokolwiek decyzje wymagają papieskiego zatwierdzenia, z wyjątkiem tych spraw, dla których zostały udzielone specjalne władze Moderatorom Dykasteriów i z wyłączeniem wyroków sądowych Roty i Sygnatury Apostolskiej, wydanych w ramach ich kompetencji.

Zarządzamy, że niniejsza Konstytucja Apostolska zawsze jest i będzie prawomocna, ważna i skuteczna, a pełną moc uzyska i osiągnie od 1 stycznia 1968 roku, a dla wszystkich, których dotyczy lub w jakikolwiek sposób będzie dotyczyć stanie się w pełni pomocą, bez względu na jakiegokolwiek przeciwnie zarządzenia, choćby były godną specjalnej wzmianki.

Dan w Rzymie, u św. Piotra, dnia 15 sierpnia 1967 roku, w uroczystość Wniebowzięcia N.M.P., piątego Naszego Pontyfikatu.

PAWEŁ VI, PAP.

(c.d.n.)